

AUGVSTINI NIPHI DE  
MEDICIS PHILOSO  
PHI SVESSANI  
LIBELLVS.  
DE  
REGE ET TY  
RANNO.

CARBONIS EPIGR.

Rege nihil melius : nil peius Niphe Tyranno  
Scribis . & hoc populis consuluisse fuit.  
Magna quidem uirtus : sed maior principis huius:  
Qui tam præclarum condere iussit opus .  
Tu Princeps Tu magne tuū complectere Niphum .  
Heroes titulis sic nituere suis .  
Notus ita extremis Iuuenis Pellæus in oris :  
Et qui phryxæ uellera uexit ouis .  
Et nisi mæonius cecinisset pergama uates :  
Æ acides nullo nunc in honore foret .  
Inde licet domitum teneas mitissimus orbem :  
Si tamen hæc desint munera sœuus eris :

UVA. BHSC. SC 12615\_2

AVGVSTINI NIPHI DE MEDI  
CIS PHILOSOPHI SVESSA  
NI DE REGE ET TYRAN  
NO LIBELLVS.

AD ILLVSTRISSIMVM FER  
DINANDVM PRIMVM SAN  
SEVERINIVM SALERNITA  
NORVM PRINCIPEM.

**I**NTER Medicamentorum genera Fer-  
dinande Illustrissime: quibus periti Medici  
utūtur: præcipuum mihi uidetur illud: quo  
eos præseruare student: qui aut aliquo mor-  
bi genere laborare solent: aut aliqua celi grauitate in-  
firmari possent. Et cum ex omnium Sapientium con-  
sensu accæperimus: nullam maiorem aut perniciosio-  
rem pestem uniuerso terrarum orbì euenire posse: q̄  
ut qui naturalis ac legitimus princeps est: Tyranni  
de labefactaretur; Hac enim non ipse modo sed & om-  
nes qui sub eius uiuunt Imperio: ad summā perniciem  
deducantur necesse est: non absurdum nobis uisum  
est scilicet tibi: ut ab huiusmodi tam atroci morbi gene-  
re caueres: Comentariolum hūc quem de Rege & Ty-  
ranno inscripsimus dedicare. quem si licet (licere au-  
tem puto Seni Philosopho tui amantissimo) moneo  
atq; hortor ut omni qua uales diligentia perlegas. In  
ea enim incidimus tempora: ut qui principes hodie ha-  
bentur: nisi bonis ac regiis præceptis instituantur: In  
tyrannidem q̄ facillime dilabantur. Habes enim in co-  
Quid Rex: Quidue tyrannus sit: atq; quo nam modo

A ii

alter ab altero distet: Nec nō præcepta Regia omnia:  
quibus legitimus Princeps obedire tenetur: ne Regiā  
suam potestatem in tyrannidem conuertat. Quibus si  
obtemperaueris: Spero; cum obtuam excellentem do-  
ctrinam: qua supra ætatem sapis; tum ob genus: quod  
ex serie tot Illustrium Principum ducis: qui nunq;  
hac pernicioſa labe infecti fuere; nec non obtuam opti-  
mam indolem; summamq; ad uirtutes propensionem:  
usq; adeo te ab huiusmodi destabili morbo præserua-  
tum iri: ut præsentem temporum iniquitatem facile  
vincas. Vale.

QVOT DOMINATIONVM  
GENERALIA. CAP. I.

**D**OMINATIO ( Ut in Libro de re-  
gnandi peritia diximus ) Altera est in qua  
unus imperitat : Altera in qua plures . Si  
quidem unus : hæc græce dicitur Monar-  
chia : quæ rursus bifariam est . Nam si qui imperitat :  
comune bonum procurat : & qui subduntur : libere  
ac uolentes subiiciuntur ; hæc græce Basilia ; latine Re-  
gnū nuncupatur . Si autem qui dominatur : proprium  
ac priuatum bonum intendit : & qui subduntur : ui sub-  
iiciuntur : hæc Tyrannis appellatur . At si imperita  
uerint plures Dominatio hæc Politia græce dicitur .  
In qua si present pauci qui optimi : atq; uirtute præditi  
solum sunt : & propter bonum comune ; hæc græce di-  
citur Aristocracia latine optimatū potentia . Si præfue-  
rint pauci : qui potentiores : atq; nobiliores : quiq; diti-  
ores sunt : & propter proprium : ac priuatum bonum do-  
minantur : hæc græce Oligarchia : latine paucorum  
potestas appellatur . At si multi præfuerint hi autem  
propter comune bonum secundum leges dominan-  
tur . Hæc dominatio Timocracia græce : latine Respu-  
dicitur : Hæc a nonnullis bona ratione Isonomia uoca-  
catur : quasi iuris equalitas . Sin autem proprium bonū  
intenderint : ac præter leges ui dominantur : potestas  
hæc Democratia hoc est popularis potestas uocanda  
est . Quibus patet Sex esse simplices dominationes : di-  
co simplices quoniam ( ut Plato afferit ) sunt domina-  
tiones etiam mixtae : uelut i.e. quæ ex Aristocracia : &

Tímocratía Constat : Amplius & ea Quæ constat ex  
Democratía: & Oligarchia: & cæteræ id genus: de qui  
bus alibi differendum est ; nunc uero satis sit sex esse  
Dominations. Quarū tres sunt Tyrānicæ: ut ea quæ  
per excellētiā Tyrānis appellatur: & Oligarchia quæ  
paucorū potestas ē: & Democratía: quæ popularis Do  
minatio appellat'. Quæ uero Basilia hoc ē Regnū dī &  
Aristocracia & Tímocratia siue Isonomia Dñationes  
sunt Regiæ: cū qui regnāt secūdū leges propter bonū  
comune imperitant. Sed prētermissis his dominationi  
bus: quibus plures præsunt: de Regno deq; Tyrānidē  
atq; de Rege & Tyrāno nobis Sermo futurus est.

## QVID TYRANNVS SIT.

CAP. II.

**T**YRANNVM Autem summi Philo  
sophi Aristoteles & Plato definierunt esse:  
qui nolentibus: atq; se longe melioribus do  
minatur. Tyrannidem uero: quæ ex pauco  
rum potentia ac populari Componitur. Huius rei ar  
gumento nobis est: q; dominatio pernitosissima his  
est: qui sub ea sunt: ut pote ex duabus cōposita malis:  
& transgressiones & delicta continens quæ ex amba  
bus illis proueniunt. Quod autem Tyrannis illa ma  
la contineat quæ sunt paucorum potentia: perspicuum  
est. Habet enim ex illa finem diuitias: ut per has solas  
permaneat: conductosq; custodes retineat: ut populo  
suo nulla in parte confidat: ut Arma Ciuiibus suis  
adimat: ut multititudinem populi conculcet: ut ex ur-

be hostes pellat: & uacuam habitatoribus Ciuitatem  
ut nouos Inquilinos recipiat reddat. Quod autem ea  
mala: quæ popularis potentia sunt: etiam in se habeat  
perspicuum est: habet enim Tyrannis ex populari ut  
nobiles uexet: clam euertat: & tanq aduersarios & ma-  
chinatores aduersus potentiam suam in exilium pel-  
lat. n Vde Periandri cōsilium Thrasybulo Tyrāno da-  
tum super eminentes spicas decerpere: tanq oportu-  
num semper sit eminentiores Ciuium de medio tolle-  
re. Quibus perspicuum Tyrannum eum esse: qui no-  
lentibus atq; iniuitis dominatur: non enim qui subdun-  
tur eum dominum desiderabunt: qui diuitias omniū  
surripit: qui populo non confidit: qui arma Ciuibus  
adimit: qui populī multitudinem conculcat: qui pere-  
grinos mercede conducit: & uacuam habitatoribus  
Ciuitatem reddit: qui nobilitatem uexat & quandoq;  
clā emūgit: & psepe p uim pecunias extorquet: & uiros  
uirtute & facundia præditos tanq aduersarios aut ne-  
cat: aut in exilium extrudit. Amplius & eum esse:  
qui melioribus se dominatur: quippe cum Tyrānus  
omnium sit peſimus: Nam (ut in fabulis est) sicut  
qui circa templum Lycæi Iouis humana uiscera cum  
aliarum uictimarum incisa uisceribus gustauerit: Lu-  
pus efficitur. Sic Tyrannus (ut Socrates inquit apud  
Platonem octavo de Repu.) cuius imperio uulgas ob-  
teperat: a cognato sanguine nō abstinet: sed falsis con-  
fictisq; criminibus in iudicium illos protrahit aqui-  
bus timet: & iniusta cæde cruentat: ac nonnullos ex-  
pellit: enecat alios: sicq; tandem ex homine Lu-  
pus fit. Præterea ut Ptolemœus Philadelphus dicere

solebat Carnifices esse humaniores Tyrannis : qui utilitatis causa infantes impune interficere compelluntur. Quare recte Plato: & Aristoteles Tyrannum definiunt: q̄ sit is : qui nolentibus ac inuitis & melioribus se dominetur.

## PLVRA ESSE TYRANNORVM GENERALI. CAP. III.

**V**ERVM Tyrannorum genera Aristotelles tria esse affirmat, Primum quidem eorum: qui secundum patrias leges: ac consuetudines dominantur: Quos barbari eligunt: aut perelectionem: aut per successionem: ut ab his secundum patrias leges: ac consuetudines gubernentur. Ob id enim quia ad seruiendum magis apti sunt Barbarorum: q̄ Græcorū atq; Latinorum nationes: & quidem magis quæ Asiam: q̄ quæ Europam incolunt ( cum æquo animo seruile iugum perferant ) dominationes huiusmodi Tyrannicæ sunt. Ob id uero: quia moribus & legibus patriis consistunt: habentq; a propriis ciuibus custodiam: ad Regiam potestatem accedunt. Quippe cum Reges a propriis ciuibus custodiantur: Tyranni uero ab externis mercede cōductis cum contra ciues custodiam parent: Reges etiam secundum leges & uolentibus: Tyranni uero inuitis: & præter leges dominantur. Alterum uero eorum: qui eligebantur ad fugandum hostes: aut ad sedandam seditionem: & hi aut pro tempore: aut pro uitæ curriculo: aut ad finem usq; rerum gerendarum eligebantur: qui a græcis dicebantur

bantur Esymnetæ: qualem elegerunt quandoq; Myti  
lenei Pittacum suos aduersus exules: quibus præterat  
Antimenides: & Alcæus Poeta: ut ipsemet in suis car  
minibus meminit. Increpat enim q; ciues maleficum  
Pittacū Ciuitati in tempestate & aduersa laborati for  
tuna præfecerint Tyrannum simul collaudantes. Si  
milem huic elegerūt Romani. Q. Cincinnatum quo  
ad seditionem in Ciuitate ortam sedaret: hanc Sylla  
prius. deinde. C. Iulius Cæsar perpetuam occupare  
conati. dicta est autem dictatura hæc: quæ uim Regiæ  
potestatis obtinuerat: cuius dicto omnes starent: ac  
per hoc Tyrannici species dominatus: cum tamen ho  
nesti prætextu uelaretur. Est enim partim Regia  
partim Tyrannica: quatenus quidem uolentibus: &  
secundum leges est: Regia uidetur: Quo uero am  
pla potestate pro arbitrio dominantis est; Tyranni  
ca apparet. Est & tertium Tyrannorum genus eo  
rum qui nullis legibus subiacendo: paribus ac melio  
ribus: non ad subditorum: sed ad propriam utilitatem  
dominantur. Hæc dominatio proprie Tyrannidis no  
men uendicat: cum pessima sit: & super inuitis: cum  
nemo liber sponte sua huiusmodi seruitutem ferat.  
Quare de hoc tertio nobis sermo erit. Nam de primis  
illis duobus dicemus: Cum de Rege fiet sermo.

TYRANNVS VNDE ORTVS.  
CAP. III.



ED Vnde ortus Tyranus: Socrates apud  
Platonem octauo Libro de Repu. responderet

B

esse natum ex nimia populi licentia : ac scelerum impiitate. Nam excessus omnis penitus in contrarium uerti consueuit: in temporibus : in arboribus : in animalibus : & Rebus primum maxime. Nimia autem libertas maximæ seruituti contraria est . Quare non abre non ex alia Repub. q̄ ex populari Tyrannis exurgit : extrema uidelicet libertate grauissima acerrimaq; seruitus . Aristoteles uero Tyrannos nasci putat interdum ex populorum ducibus : cum fidem adepti fuerint ab initio propter calunias contra nobilitatem iactas . Populus enim ne a nobilibus iniuria afficiatur unum ex ducibus popularibus Tyrannū constituit. Aliquando ex electis ad principales magistratus : Antiquitus enim Populi constituebant diuturniores administrationes : & procuraciones; ex quibus facile hi : qui magistratibus praeerant: Tyranni euadebant . Non nūq; uero ex paucorum potentia eligentium unum aliquem ad maximos magistratus. Dionysius Syracusis ex fauore populi apud quem multum poterat : electus est . qui circum Ioniam Tyranni fuerunt : ex electis ad principales magistratus fuisse dicuntur , At Phalaris & Panætius in leontinis : Cypsellus Corynthi : & Pisistratus Athænis ex honoribus : atq; paucorum potentia Tyranni euaserunt . Nos uero in libro de Regnandi peritia hominem ad Tyrannidem peruenire multifariam diximus : Nam & fortuna ut Aeneas: Cyrus : & Darius : & virtute ut Saturnus & Numa:& sceleribus ut Agathocles : & Etelinus : & Armis ut Ninus assiriorum Rex primus : & pleriq; Reges qui hodie sunt. Et dolo ut alter Pisistratus ; ut Dionysius Iunior : & fa-

Etioe: ut Sylla & Cesar: & seditione: ut Solon Athēnis:  
& Orgilai frates apud delphos: & nostra ætate: Lau  
rétius Medices Leonis decimi Pontificis maximi Pa  
ter: uir Prudētissimus apud Florētinos: Ioánes Bētiuo  
lus apud Bononiēses: Pandulfus Petruccius apud Se  
nenses. Tamē omnes isti modi in duos redigī possunt:  
cum interdum ui: interdum seditione Tyrannus emer  
gat. Nam cum in ciuitate fere omni duo hominum  
genera sint: & nobilium qui semper popularibus do  
minari appetunt: & popularium qui nihil præterq; nō  
opprimi cupiunt: nec aliqua in re a nobilibus uiolari:  
Ex hac diuisione Tyrannus exoritur: Interdum sane  
nobilium: interdum popularium insultatione atq; mo  
tu: tum uel maxime nobilium: nam cum nouerint se  
populos opprimere non posse: nec illis ut cupiunt  
dominari: unum ex suo genere honorare: atq; præ  
ponere cunctis aliis student: & tanq omnino princi  
pem uenerantur. nec ob aliud quippe: nisi ut sub il  
lius aura atq; fauore popularibus dominari possint.  
Per hunc modum Romana nobilitas Cæsarem crea  
uit consulem: & Hieronymum Syculi Tyrannum cō  
stituerunt. Populares uero: contra cum uident se no  
bilium potentiaz resistere non posse: unum popula  
rium aut nobilium dominum creant: ut eius aucto  
ritate: atq; potentia protegantur: & hoc modo Ro  
mani populi Coriolanum consulem elegerunt. Vi au  
tem: nam aliū euaserunt Tyranni: cum per Arma  
Regnum aliquod sibi subiecerunt: ueluti memo  
ria nostrorum patrum Franciscus Sfortia Medio  
lanensem Dux. Alii fauore Militum: ut multi

Cæsares : & Aegyptiorum Reges : qui dicebantur  
Soltani . Apud Romanos enim pluribus temporibus  
qui erant militicum Duces : Imperatores creabantur .  
Simili ratione & apud Aegyptios Soltani .

ABVS V P A T R I A R V M L E G V M :  
qui per successionem Reges sunt : in Tyrānidem  
deuenisse : fugatosq; esse ob id e Regnis : atq;  
Rebus pū. causidicos. C A P . V.

VONIAM (Vt Aristoteles inquit) Re-  
ges dominari magis affectantes: patria iura  
transgrediendo: legibusq; abutendo Tyrā-  
nidē euadunt; ut Phidon apud Argos: & Tar-  
quinius apud romanos: patriarchum nimirum legum  
abusum: iurisq; transgressionem potissimam Tyrā-  
nidis causam extitisse iudicandum est: & ob id Plato  
in Gorgia causidicos omnes e Rebus pub. eiecit: q;  
plerumq; leges peruerendo: maleq; iura interpretan-  
do: honestam Tyrānidem edoceant . Eadem ratione  
Cato censorius (ut Plinius meminīt) in illa nobili triū  
Sapientiæ procerum ab Athenis legatione: audito Car-  
neade: q; primum legatos censuit esse dimittēdos: quo  
niam illo uiro argumentante: quid ueri esset: non faci-  
le discerni posset . Qd' autem per Causidicos mundus  
fere totus in Tyrānidem uersus sit: testis est Aurea  
ipsa ætas: in qua cum nec leges: nec causidici fuerint:  
Reges Aristocratice gubernasse: summaq; cum pace  
homines uixisse accæpimus . Cum uero post legum  
ortum causidici cœpissent abuti legibus: omnis aurea

ætas in ferreā ac Tyrannicam īnversa est. Quam rem.  
M. Tullius his uerbis de testans īquit : cum nostræ  
Reipu·detrimenta considero : & maximarum Ciuita-  
tum ueteres animo calamitates colligo: non minimam  
uideo per disertissimos homines īnuectam esse partem  
incomodorum·hinc esse: Romanorum Respu·astipu-  
latur : quæ Aristocratice regieq; gerebatur : cum cau-  
sidici oratoresq; omnes per Catonem censorium expul-  
si essent : cum uero per nepotem Catonem uticensem  
reuocati: seditionibus atq; intestinis Tyrannicisq; bel-  
lis (ut Plinius īquit) fuit conflictata. Atheniensium  
quoq; Respu·anteq; causidici legib; abuterentur : iu-  
raq; peruerterent : Aristocratia erat: postq; uero dicen-  
di copia in ipsam īnuecta est per Gorgiam Leontinū  
Oligarchia euasit : Tyrannicaq; potestas · Ad hæc re-  
giones: regnaq; testantur: in quibus causidici nō sunt:  
uidemus enim in illis uiuere: ueluti in aureo sæculo:  
ut in Ethiopia Egypto: Arabia: Turcarū regnis: atq;  
apud Eluetios: in quibus causidici non sunt: qui iura  
detorquendo: legesq; male interpretando Tyrannidē  
edoceant: longe lateq; patet. Fabulatur etiam Plato  
auctoritate Poetarum in libris de legib; Iouem: Mi-  
noem Aeacum atq; Rhadamātum in Tartarea Regna  
delegasse: ueritum ne deorum regnum lītibus pertur-  
barent. Insuper ob eandem causam spartani Reges  
causidicos omnes e Regnis pepulerant: quippe qui ui-  
derent eos magis ad Tyrānidem: q; ad cīuilem usum  
iura infletere, nec ob aliam causam Lycurgus a Lace-  
dæmoniis sæpe lapidibus petitus: aliquando publico  
furore electus; ab Alexandro oculo priuatur; & tādē

extra patriam profugus moritur. Solon quoq; eadem  
dere exul Cypri degit: nec illi in patria humari cōti-  
git. Ob id etiam Caduidus Scytharum Rex interemic  
Anacharsim fratrem: Cum enim in Scythiam gr̄cas  
leges tulisset: moreq; suo interpretaretur: in studiis ue-  
nationis a fratre Rege occiditur. Simili ut arbitror  
causa Phocion ab Athēniensibus: & Demosthenes  
(ut nōnulli dixerūt) a Philippo ueneno necātur. nec  
uidetur rationi dissonum Petrum uīneum ex uīncis ru-  
re Suessano oriundum: Ciuem uero campanum (ut  
ex memoria nostrorum accēpimus) a Federico Impera-  
tore ob eandem causam occēcatum fuisse. Aristoteles  
uero causidicos una ratione permittit: alia ratione e  
regnis: atq; Aristocraticis Rebusq; fugat. ut iudices  
qui causas decernant atq; decidant: permittit: eosq;  
sextam ciuitatis partem constituit: & quidem cæteris  
excellentiorēm. ut uero causas dicant: atq; patrocinen-  
tur: ē Regnis rebusq; pu. abegit. Nec ab ratione qui  
dem: nam pro decidendis atq; decernendis causis sum-  
ma legum atq; consuetudinum peritia (ut litigantiū  
dolus dcprāhendatur) necessaria est: pro dicendis au-  
tem: simplicitas mirum in modum prodest. Seruarunt  
peripateticum huiusmodi consilium longo tempore  
Areopagite: e quibus fortasse Turcarum Imperator  
edoctus usq; ad nostra tēpora seruat. Nos uero p̄sint  
ne Regnis: Regibusq; ipsis causidici an obsint: diu du-  
bitauimus: ducimurq; tandem in hanc sententiam.  
Cum longe plures prauī q̄ officiosi existant: ut explo-  
dantur: si qui uero cum eloquentia legibusq; ipsis fa-  
pientiam hoc est moralem philosophiam cōiunxerint;

H̄i nob̄is (ut M. Tullii uerbis utar) uiri & Regibus  
& suis & publicis rationib⁹ utilissim⁹ fere uidentur.  
Quare qui ita se legibus armant ut non oppugnare  
cōmoda regni: sed propugnare possint: H̄i non modo  
e regnis fugandi non sunt: sed ut iubar splendidissi-  
mum spectandi: & tanq; numina obseruandi. Sed de  
h̄is hactenus. illud tamē certissimū est iuriū abusum:  
legumq; patriarchum trāgressionem fuisse potissimum  
causam Regibus: ut Tyrāni euaderent: ueluti Partho-  
rum Reges: qui dicebantur Arsacidæ: atq; thebano-  
rum: qui labdacidæ uocabantur. Hæc quoq; causa est:  
ut multi Principes qui hodie sunt: sceleratissimi Ty-  
ranni sint effecti atq; ab omnibus existimentur: Quip  
pe qui non modo leges patrias transgrediātur: uerum  
etiam iura ipsa uendant: atq; pessundent.

PLVRES PRISCIS TEMPORIBVS:  
QVAM NVNC TYRANNIDES  
FVISSE. CAP. VI.

**H**INC Facile patet cur apud priscos plu-  
res q; nunc Tyrannides fuerint. Euenit enim  
prior: quia populi plerūq; eūdem prætorē  
ac militum ducem creabat. hinc q; prætor  
erat facile ex prætore prædo efficiebatur: præturaq; ip-  
sa in tyrannidem facile uertebatur. Deinde q; antiqui  
tus dicendi facultas non esset: qua homines homi-  
nibus præesse possint: superueniente autem facultate  
dicendi in magistratibus eligere cœperūt populi eos:  
qui cum rerum bellicarum essent imperiti: Tyrannidē

inuadere non audebant. quinimo summo odio Tyran  
nos prosequerantur: quod eloquentes qui habebantur  
facile Tyrannis resistebant: ut apud Romanos Iunius  
Brutus & Cicero: & apud Athenienses Plato & So-  
lon. Demumque urbes essent paruae: populique pro maio-  
ri parte rura incolerent: magis agrorum colendorum  
que bonorum communium studiosi: Qui cum rudes essent  
& imbelles: eligeabant praetores: qui & sagaces & bellum  
cosiores erant: adeo ut facile ipsis esset Tyrannidem  
occupare: & quidem eo potissimumque uulgaris fidem  
illis adhibebat: fauebant enim popularibus contra di-  
uites: & adhibita illis fide: omnibus tandem domina-  
bantur. ut Athenis Pisistratus per factionem contra  
Pædiacos suscepitam: & Megaris Theogenes Armen-  
tis opulentorum occisis: quae iuxta flumen pascentia re-  
pererat: & Dionysius Daphneum & diuites accusans.  
hi enim propter iniurias nobilitatis sibi fide a popu-  
lo praestita: omnes tyranni emerserunt.

OMNIVM DOMINATIONVM  
BREVISSIMAM SVAPTE NA-  
TVRA ESSE TYRANNIDEM.

CAP.

VII.



VERUM AD MODUM Vero omnium  
dominationum minus diuturna suapte na-  
tura sit Tyrannis: non est ex his: quae dixi  
mus: difficile colligere: Dominationum enim tres ui-  
lentiae: tres etiam naturales uidentur paucorum poten-  
tia: popularis status: ac ea: quae per excellentiam Ty-  
rannis

tyrannis dicitur Dominationes sunt inter inuitos : Nam  
qui præsunt & nolentibus : & melioribus se præsunt;  
& imperant . Regnum Timocratia; & optimatum po-  
tentia potestates sunt naturales : Si quidem qui præ-  
sunt & uolentibus : & his qui se imperfectiores sunt  
imperitant . Est enim naturale : ut qui melior est : ac  
maturior uolentibus præsit : & imperfectioribus mi-  
nusq; idoneis præponatur . Violentum contra nolen-  
tibus : & melioribus dominari . At cum Tyrannis ea  
mala aggreget: quæ paucorum potentia; atq; popula-  
ris status sunt: fit ut maxime sit uiolenta: atq; breuissi-  
mo tempore permansura . Præterea accedit ad uiolen-  
tiam: q; Tyrannus ab omnibus bonis uiris semper  
odio uehementer habeatur . Hanc ob causam Diome-  
dem Thratia; ac Busyrini Aegypti Tyrannos Hercu-  
les insecurus est: Melanchrum item Pittacus Mity-  
leneus: Nearchum Myrsium itidem: Zeno eleates:  
Nicoclem Aratus: & cæteri cæteros . Fieri autem non  
potest : ut quos boni uiri odio prosecuntur : diu domi-  
nentur . fit insuper Tyrannis eo dominatio uiolentior:  
quo magis qui licentius dñatur: contra Dei uoluntate  
imperitat . Vnde Plato in Gorgia: Tyranni q; iniuste:  
ac impie dominantur : breui admodum tempore apud  
inferos a Ioue detrudūtur : ut Acherontis cruciatibus  
affligatur . quin etiam prænimio timore quo subditos  
urgent: breuissimus est plerūq; Tyranni dominatus.  
nulla est enim imperii uis (ut Ciceron inquit) tata: que  
premente metu possit esse diuturna . Quare recte Ari-  
stoteles omniū gubernationū breuissimo tempore du-  
rare ait Tyrannidem: q; maxime omniū dominatio-

num uiolenta sit. nec defunt exempla: nam quæ diutu-  
nior Ortagoræ: & filiorum eius fuit: qui apud Sicyo-  
nios Tyrannidem exercuere: hæc enim ad centesimum  
usq; annum peruenit. Quæ uero apud Corinthum  
Cypselidarum: annos tres & septuaginta & menses  
sex durauit. Atq; Pisistratidarum Athenis non fuit  
perpetua. bis enim ex Tyrannide pulsus fuit Pisistra-  
tus. Itaq; ex annis triginta tribus: solos annos septem  
& decem Tyrannidem exercuit. Filii uero eius annos de-  
ce & octo. qui omnes quinq; & triginta cōsurgunt. Ex  
reliquis uero illa quæ apud Syracusas: Hieronis &  
Gelonis non longa fuit: Hæc enim annis non amplius  
q; duo de uiginti durauit. Gelon enim septem annis cū  
Tyrannidem exercuisset: octauo defunctus est. Hie-  
ron autem: decem. Thrasybulus uero mense decimo  
excidit. Cæterarum uero Tyrannidum pleracq; bre-  
ui tempore durauerunt: ut ex Romanorum Regibus  
facile quispiam perspicere poterit.

CVR NOSTRIS TEMPORIBVS  
cum potestates fere omnes Tyrannice sint: diu-  
durent. CAP. VIII.

**S**E D Magna contra ea: quæ diximus: du-  
bitatio existit. nā regna nō sunt: ut Aristo-  
teles inquit: amplius. sed si quæ sunt Mo-  
narchiæ: Tyrannides magis sunt dicendæ.  
ob id quia Rex est qui uolentibus: & his qui se imper-  
fectiores sunt imperitat: At plurimi hodie & studiis  
sunt & uirtute pares: Quare fit ut sponte Regi non

pareatur . Quod si Monarchiæ hodie fere omnes  
Tyranicæ sunt : cur plurimæ ipsaræ diu durauerūt : ut  
Tyrānis Turcæ : quæ ad ducentesimū fere annū per  
uenit : Taceo nostrorum Regum dñationes : quarum  
aliæ ultra D. C C . Aliæ ultra D. C C C . annos dura  
uerunt . Aristoteles sapientū magister causam assigna  
uit : huiusmodi nāq; dñationes nō omnino Tyranicæ :  
sed pximæ Regnis sunt : Tyranicæ quidē sunt : q; natio  
nes barbarorum magis ad seruendum aptæ sint : cū  
enim seruile iugum ferant Tyranicæ sunt : Sunt uero  
Regna : q; Reges uolentibus imperitent : & a ciu  
bus suis custodiantur : & q; secūdum leges patrias : mo  
rēq; auitū aliqua ex parte dominantur : Amplius erga  
subditos quadam mediocritate utūtur : suntq; plurimi  
eorum qui succedunt militaris rei studiis plurimum  
uacantes : ex quib; magna facinora assediti admirati  
onem nō paruam sibi cōpararunt . huic rei astipulan  
tur Tyrānis Ortagoræ : & filiorum eius : & illa Cypse  
lidarum . durauit enim multo tempore Ortagoridarū  
Tyrannis : q; mediocritate quadam erga subditos ut  
rentur Tyrānni : multaq; legibus seruientes agebat : &  
quia Calisthenes militari rei aptissimus erat : nec fa  
cile contemnendus habebatur : plurium uero consue  
tudine : & usu familiarī : atq; cura auram popularem :  
& gratiam emerebat . fertur etiam eundem Calisthenē  
coronasse Iudicem : qui suæ uictoriæ aduersabatur .  
Tyrannis uero Cypselidarum : quæ circa Corinthum  
fuit : plurimum etiam durauit : nam Cypselus ductor  
populi fuit : & ideo hic grā apud multitudinē præcete  
ris polluit : ut a principio principatus sineylla corporis

custodia in dominatione perseveraret. Periandrus uero eius filius magis Tyrannice se gessit: sed erat uir bello egregius. Tyrannides ergo: quae hodie sunt: durare possunt aut quia ad regni rationem accedunt: aut quia qui dominantur ac succedunt: praeter ceteros egregii sunt: & armipotentes. Huic rei nobis argumentum est Sardanapalus: qui cum esset mollis: ac effemina tus: & militaris prorsus facultatis imperitus: ac a cunctis contemnendus: post .M .& .CCC .annos in ipso finitum est assyriorum regnum. Memoria etiam nostrorum patrum Francisci Sfortiae filii: cum neglexissent artem patris: & libidinibus: & uoluptatibus stu duissent: ex principibus priuati facti sunt. in Turcum Tyrannide obseruauimus successorem armipotentem non modo Tyrannidem non inminuisse: sed ualde locupletasse. nec iniuria id quidem: nam qui se defenderet: & aliena iuadere cupit: uir militaris esse debet.

## INTERNAE CAVSAE QVIBVS periere Tyrannides: & primo de Contumelia. CAP. IX.

**V**ONIAM Tyrannis (ut deduximus) breui admodum tempore permanet: nunc quot: & quibus causis internis pereat exponamus. postea quot: quibusue seruetur adiiciemus. Nam licet plurimæ internæq; causæ esse possint: ex parte tamen subditorum omnes in tres rediguntur: Sunt igitur haec Contumelia: quæ continet omnes iniuriarum species: quibus Tyrannus subditos

afficere solet. Metus: quo subditi ipsi Tyrannum nimium timent. & Cötéptus: quo subditi a domino spernuntur. Ex parte uero principis una: ut cum imprudens; ac meticulosus fuerit. Quod quidem contumelia: argumento nobis sunt Harmodius: & Aristogiton: qui contra Pisistrati filios propter contumeliam insultauerunt. Harmodius quidem ob iniuriam: quæ a Pisistrati filiis sorori illata fuit. Aristogiton uero propter Harmodium eadem ratione Tarquinius Tyrannde priuatur propter stuprum uicem Lucretia admissum. etiam aduersus Periandrum Ambraciæ Tyrannum insidiæ factæ sunt: q̄ cum biberet: puerum: quæ amabat: interrogasset: an esset a se prægnans. Pueri enim affines ob hanc iniuriam contra Periandum insurrexerunt. Pausania Philippum Trucidauit: q̄ contumeliam sibi illatam ab Attalo: qui Philippo officio uel affinitate coniunctus erat: non ultus fuerit. Amyntas occisus est a Darda: q̄ iactaret se etate illis esse abusum. Eunuchus quoq; ab Euagora cyprio interimitur: q̄ mulier eius filiu renuerat. P. Antonius a quodam centurione: cuius fratrem ignominiosissima morte occidi iusserat: in medio sui exercitus ineuitabili fato interimitur. Memoria nostrorum patrum cum Galeatus Mediolanensis Princeps Andream Lampugnum iniuriis affæcisset: ab illo tandem dum sacrâ ades set pertinaciter in ipso templo ense necatus est. nostris temporibus Bonifacius biscontius. F. secundū Mediolanensium Principem Galeatii nepotem Letali uulnere percussit: q̄ morte (ut ferunt) suo consanguineo ab hispano quodam illatam: ultus non fuerit.

ME TV ETIAM TYRANNIDEM  
Interdum dirui. CAP. X.

**V**OD Insuper & propter metum Tyrannis diruatur ex eo patet : nam qui puniri metuunt mouent interdum seditionem : eduntq; clamores contra Tyrannum: ut per seditionem euadant. Ceu Xersem Artapanes metuens ob calumniam a Dario: q; eum non iubente Xerse suspendisset: movit seditionem contra Xersem.apud Rhodum impo sitis pecuniis : quæ conductis militibus soluerentur : potentes quidem in populo pro se eas retinebant: Praefecti aut classis cum pecunias non haberent : ac nihilominus nauigare ex lege cogeretur: ueriti poenam iudicii conspirationem inierunt ad popularem statum euentum. Regni nostri primates cum suos subditos contra regni leges tributis grauassent : ac multis iniuriis affacissent : ueriti poenam iudicij coniurarunt in pri mum Ferdinandum huius Regni bonum Regem: ut per coniurationem euaderent . Nec ab ratione comunitatis metus Tyrannidem diruit : quippe cum in unum cogat etiam eos qui prius inimicissimi erant . Hac ratione Elu etii in prælio ad summam unionem struuntur nec loco cedunt : nam soli timent hostes inuadere: ac ab eisdem opprimi : Itali uero dissoluti propter audaciā facile in hostes irrūpūt. At subditi cū in unū cogūtur aiosius tyrānū iuadūt. Erginus in orchomeno tyranidē exercēs cū aio agitasset oēs ciuēs necare: atq; vrbē peregrinis incolēdā pmitteſ; ob metū facta unio ne in ciuibus (ut quidā ferūt) interēptus est a populo.

CONTEMPTV QVOQVE TY-  
rannidem dissolui. CAP. XI.

**N**EC Minus propter contemptum dissolu-  
tur Tyrannis. Dion enim cum a Dionysio  
posteriore contemptus esset: in eum conspi-  
rauit. In Cæsaré: multosq; Romanorū Impe-  
ratores: qā contēpserunt. Senatū: ac populū: cōiuratū  
est. nec iniuria pfecto: nā qlibet uult aut esse: aut uide-  
ri aliqd: quare si contēnitur mouere seditionē cōpellit.  
Nec solū hoīes ob contēptū insultant: sed Dii quoq;  
ueluti Maro fabulatur Iunonem ob iniuriā spretā  
formæ contra Troianos iratam fuisse.

TIMIDITATE AC IMPRVDEN-  
tia Tyrānī nō nūq Tyrānidē dirui. CAP. XII.

**V**OD Vero propter metum ac impru-  
dentiam Tyranni interdum Tyrannica ip-  
sa dominatio deleatur: Aristoteles Philoso-  
phorum princeps testatur cum ait, corru-  
ptionis Tyrānidis: in qua per genus succeditur: potissi-  
mā cām esse. qā iprudētes & timidi succedāt. hi enim qā  
molles ac effeminati: & ignari sunt: ab oībus tāq inuti-  
les cōtemnūtur. Quis enim inermē Tyrānū magnifica-  
ciet: qāppe quū inter īpm: & armatū Tyrānū ea rō sit:  
quā inter nudum inermem: & uestitum ac armatum  
hominem. nullus enim nudum inermem ueretur: uesti-  
tum armatum quilibet multifacit. Cum prædicasset  
Leoni vulpes (ut Aesopus fabulatur) de ipso homine

multa : ut de magnitudine deq; potentia : Leo inquit  
uellem o uulpes hominem istum tuum uidere : fortas-  
se enim eum non ita pertimescerem : ut tantopere ti-  
mendum esse obgannis . Illis sic de hominis fortitudi-  
ne differentibus : quidam pauper homo : & inermis oc-  
currat , Leo uulpi inquit : est ne hic homo ? Sagax uul-  
pes non profecto respondit : paucis deinde uerbis inter-  
positis : alter homo occurrit balista : gladio : & aliis plu-  
rimis armis bene munitus , tum uulpes en . Leo hic ho-  
mo est : at Leo eum timens iter ut potuit arripuit : per  
quæ Aesopus fabulatus est : Tyrannū contemnendū  
esse : nisi armis : & fortitudine fuerit fulcitus . quis au-  
tem imprudentem & ignarum Tyrānum magno æsti-  
mabit : dicebat enim Socrates non pulchros non uenu-  
stos : sed fortes ac prudentes oportere esse príncipes .  
Apud Aesopum Aues Regem sibi creare destinantes  
Pauo orabat : ut se ; ob uestium : & pennarum luxum :  
ac pulchritudinem eligerent . eligentibus eum omni-  
bus : Monedula oratione suscæpta inquit : si te regnā-  
te Aquila nos hostiliter inuaserit : quo modo nobis opē  
feres : per quæ affabulatus est Aesopus : Príncipem nō  
propter pulchritudinem : atq; luxum : sed ob fortitudi-  
nem : ac prudentiam esse eligendum . Astipulatur his  
omnibus Sardanapalus : quem cum inter mulieres pē-  
sa diuidentem uidisset Arbactus ( si modo hæc fabula  
non fuerit : q̄q si non in illo : Attamen in alio hoc ue-  
rum esse potest ) eum interemit : in quo ob molliciem :  
imprudentiam : ac pauorem assyriorum Tyrannis fi-  
nita est . Sunt insuper & alias internæ causæ innume-  
ræ : quibus Tyrannides defacerunt : quas cum sint dili-  
genter

genter ab Aristotele explicatæ : bona fronte prætermi-  
simus : complexi autem sumus potiores ad quas cæte-  
ræ reducuntur .

DE EXTERNA CAVSA PER  
quam plerunq; Tyrannis perditur .  
CAP. XIII.

VM De internis causis : quibus Tyrannis  
ipsa corrumpitur dixerimus ; restat nunc  
ut dicamus de externis . nam Tyrannis  
(ut Aristoteles inquit) uno quidem modo  
corrumpitur (ueluti una quæq; Rerum). propter  
similitudinem ab exteriori causa : ut si aliqua Respu-  
contraria prudentior; ac robustior sit; quæ uelit hosti  
liter ipsam inuadere . nec immerito : Nam (ut Hesio-  
dus inquit) ueluti figulo figulus suapte natura neqq;  
contrarius est : cum sit similis ; sed quatenus alter alte-  
rius lucrum demit : ita quoq; nec Tyrannis suapte na-  
tura Tyrannidi contraria : sed uel similis est : contraria  
uero quatenus altera alterius bonum impedit . nec so-  
lum Tyrannis Tyrannidem corruptit propter simili-  
tudinem : sed etiam Regia potestas : atq; optimatum  
gubernatio propter contrarietatem gubernandi : Quæ  
inmodum Lacedæmonii : atq; Syracusani per id tem-  
pus quo Syracusana Respub. recte gubernabatur  
multas euerterunt Tyrannides . hac quoq; ratione  
Diomedem thratiæ : ac Busyrim ægypti tyrannos  
Hercules persecutus fuit . Romani etiam incredibili  
studio ; summaq; impensa ciuitates : atq; prouincias a

D

Tyrannis liberarunt . Titus flaminius Nabim ty-  
rannum deleuit : & non multo post Philippum tyran-  
num etiā Illustri pugna apud Cynocephalas scolusæ  
locū superauit . Titus quintius consul Rege Philippo  
profligato: liberavit Corinthios . Locros . Phocenses .  
Euboicos . Achæos : & alios q̄ plurimos .

QVIBVS REMEDIIS TYRAN-  
NUS SUAM TYRANNIDEM AB EXTERNA CAUSA DE-  
FENDIT & PRIMO EX PARTE FORTITUDINIS .  
CAP. X.

**P**OST Hæc de his: quibus conseruantur  
Tyrannides differendum: nec ab his rece-  
demus: quæ præcepit Aristoteles: & primo  
de remediis: quibus ab externa causa Ty-  
rannus suam tyrannidem tuetur . Aristoteles itaq; cū  
Tyrannis inuaditur ab ea potentia externa: quæ & ro-  
bustior: & prudentior est: nullum euasionis remediū  
esse asserit . Non enim ob prudentiam eius: qui tyra-  
nidem tenet: seruari poterit: si quidem inuadēs ipsa po-  
tentia prudentior: ac sapientior esse supponitur . Nec  
ob fortitudinem: nam inuadentis potentiam robustio-  
rem ac fortiorem esse sumplimus . Quare si inuadens  
ipsa potentia uult: & potest . Tyrannidem dubio pro-  
cul omni ex parte superabit . Omnes enim qui rem ali-  
quam agere uolunt: modo possint: agent quæ uolunt .  
Sed quoniam letalibus morbis remedia prosunt sal-  
tem (ut Quintilianus inquit) ne ægroti de uita despe-  
rent . Nos in libello de regnandi peritia duo præci-

pue remedia attulimus: alterum ex parte fortitudinis:  
alterum ex parte prudentiae: & hec quidem ne Tyrannus  
nus de salute desperet . Ex parte fortitudinis quidem:  
ut Tyrannus in pace & bello a teneris annis:nihil præ-  
ter arma exerceat: iugeq; labore ad fortitudinem habet  
dam nulli assuefiat rei : nisi armis . Immo quæcumq;  
facit: aut relaxandi animi : aut cuiusvis alterius gratia:  
omnia in fortitudinis opus : & assuetationem diri-  
gat . Si quidem haec sola ad eum actinet : qui impe-  
ritat : per hanc non solum qui successione Tyranni  
sunt : conseruatur: sed etiam ex priuatis principes euad-  
unt : ut de Hierone Syracusano : & Francisco Sfor-  
tia perspicuum est . Persarum Reges ut filii fortitudi-  
ni assueferent . Cum septimum ætatis annum im-  
plevissent : ad equestris artis magistros proficisci iu-  
bebant . Deinde uenationibus exerceri . Demum  
sub fortissimo paedagogo erudiri : ut intrepidum  
ac animosiorum redderet : ne quando quidpiam me-  
tuens seruus fieret .

## REMEDIUM SECUNDVM

ex parte prudentiae in militibus .

CAP. XV.

X Parte prudentiae uero:tum in militibus:  
tumetiam in locis custodiendis: in militibus  
quidem : primo ut Tyrannus : qui suā domi-  
nationē tueri:ac defendere cupit: scire debeat  
suā Tyrānidē sub fortunę potestate haberī:nisi p̄priis  
armis armatus; beneq; munitus ipse fuerit . Sunt aut̄

D ii

propria arma: nō quidem mercennaria: aut auxiliaria:  
sed quæ aut ex propriis subditis: aut propriis ciuibus:  
aut propriis alumnis constant: quales Tyranni Tur-  
carum alumni sunt hi: quos Ianniczeros uocant. Mo-  
dus uero quo strenuus Tyrannus arma propria ordi-  
nare: atq; eligere: quoue exercere: atq; ad bella dispo-  
nere: ac parare debet: ex Philippi Alexandri magni pa-  
tris: atq; Romanorum: Spartanorumq; gestis facile  
colligi potest. Deinde ut non ignoret suas copias: &  
quantæ in præsentia sint: & q; maximæ esse possint aut  
ex propriis armis: aut per socios: aut per amicos: aut  
per confederatos: aut per stipendia quæ mercenna-  
riis militibus dari solent. Iterum & quales: an in mili-  
tibus: an in classe. Praeterea an milites molles effœ-  
minati: an bellicosi. Insuper si tyrones: an ueterani.  
Ad hæc quales militum Duces: non enim in bellis pâ-  
rum fructus affert Ducis fortitudo: ac prudentia: Nā  
(ut prouerbium est) potentior exercitus est cēsendus.  
ex ouibus sub Leone: q; ex Leonibus sub oue: Demū  
ut non ignoret gesta quæ in bellis annotata sunt: de-  
bet enim qui exercitum ducit respicere quæ bella per  
sua arma gessit: quoue modo: an cum uictoria: an cō  
tra desierunt. hæc etiam ac totidem ex parte hostium  
consideranda sunt: insuper ex parte finitimorum toti-  
dem spectanda: ut quantæ finitimorum copiæ sint: quā  
tæq; esse possunt: & quales: rursus quæ bella finitimi  
gesserunt: & quomodo finierunt: ut foedus cum melio-  
ribus habeatur: cum minoribus uero bellum geratur.  
Demum ad hæc sciendum pertinet bellorum euentus  
non modo propriæ Tyrannidis: hostiumq;: atq; finiti-

morum : uerum etiam aliorum quorumcunq; similia  
enim a similibus fieri consueuerunt.

## REMEDIVM TERTIVM EX

parte prudentiæ in locis custodiendis .

CAP.

XVI.

**N** Locis uero custodiendis : nam arces :  
atq; loca aggressu difficultia; ac muri custo-  
diendi diligentissime sunt . custodiendi ue-  
ro rationes (ut Aristoteles inquit in rheto-  
ricorum libris ) sunt præcipue duæ : altera ex parte  
custodum : altera ex parte locorum . custodum quidē  
ut Tyrannus consideret quot numero esse debeant ; &  
quales ; an proprii alumni : an mercennarii : uel auxi-  
liares : si experti : si fortes . Locorum uero : ut spectet  
quæ : & qualia sint : ut intelligat ubi præsidia collocan-  
da sint : & qualia : ut si non suffacerint augeantur : sin  
autem superflua sint omnino tollantur : & ex eis loca  
magis oportuna custodiātur . Plura autē in libello de  
regnandi peritia diximus quæ locus hic nō desiderat .

## MODI QVIBVS TYRANNI SVAM

dominationem ab internis causis : ut ab insulti-

bus subditorum rebellionibus : ac seditio-

nibus tueri enixi sunt secundum Iu-

niores , CAP. XVII.



VM De remediiis dixerimus : quibus Tyran-  
ni externis hostibus resistere poterunt : Nūc

de modis: quibus ab internis causis: ut ab insultibus  
subditorum rebellionis: ac seditionibus dominationes  
suas tueri enixi sunt: dicendum nobis est. Et primo  
quidem secundum Iuniores: de quibus in libello de re  
gnandi peritia diligenter. Deinde secundum Aristote  
lem. At de primo: dicamus tyrannos multifariam ob  
insultibus popularium dominatioes suas seruasse. Nā  
alii a subditis arma penitus substulerunt: ut Alexāder  
Pheræus in Thessalia: & Florentini in Haetruria: qui  
ut Pisanos sub sua ditione teneret: ab eis arma penitus  
abduxerunt. Nonnulli suam Tyrannidem factioni  
bus dissecuerūt: ut Candaules in sardis: atq; etiam Ve  
neti qui intestinas ciuilesq; factiones: in multis præcla  
ris Vrbibus: quæ sub sua ditione sunt: cōcedebant: ut  
ciues in suis simultatibus occupati: in dominos conspi  
rare ne possint. Alii inimicitias contra se finxerunt: ue  
luti Dionysius Syracusanus: ut ex uictoria inimicorū  
non cōtemnendus haberetur a subditis: simili ratione  
Hecathæus Cardianorum Tyrannus hanc artem ser  
uauit: ut a Cardianis strenuus haberetur. Procurarūt  
alii (ut qui a principio sui regni hostes essent) benefi  
ciorū collatione amici fierent: ut Cæsar circa initia sui  
Imperii. Quod & Creon Thebis: & memoria nostror  
rum patrum Pandulphus Petrus: mira diligentia  
secuti sunt. Alii utroq; ad amicitiam traxerunt: ut eos:  
qui a principio hostes: & eos: qui a principio amici  
erant: ut Aratum Sicyonium facisse memorat. M.  
Tullius. Alii arces locaq; difficilia construxerunt:  
ut per ipsas subditorum impetum aliquādo facile pro  
pulsare & maior frēno ipsos comprimere: ac detinere

possint. Quem modū fere omnes nostrorum temporū  
Tyranni seruant. Alii contra hęc omnia diruerūt: & in  
propriis militibus uim omnem collocarunt: per quos  
subditorum impetum longe facilius propulsare: & ma-  
iore frēno comprimere potuerunt. Quem modū Phi-  
lippus Macedonū Rex secutus fuit: atq; Turcas & Ty-  
rānū seruare auditus: qui oībus per omnia sua regna  
arcibus deletis: oēm uim suā in p̄priis copiis reposuit.  
Romanī ciuitates quas suæ ditioni adiiciebāt: aliquā ser-  
uarunt: fortiores deponendo: atq; oēs: qui roboris q̄c q̄  
haberent infirmando: interdum eas reducēdo ad pau-  
corum potentiam: ut ab illis tributa reciperēt. Alii Ty-  
rannides seruarunt per inmanitatem: ut Sylla & Aga-  
thocles: qui utentes contra hostes inmanitate: & erga  
amicos beneficentia. Tyrannides diu tenuerunt. Sed  
cum de his diligenter dictum sit in libello de regnan-  
di peritia: modos Aristotelis prosequamur.

**MODVS PRIMVS: QVO TYRAN-**  
**nī suā dominationē ab internis causis ut ab insultibus**  
**atq; rebelliōibus enixi sunt tueri. CAP. XVIII.**

**T**YRANNIDES Itaq; Cūt Aristoteles  
inqt) duob⁹ modis iter se maxime diuersi ser-  
uari cōsueuerūt. Quoꝝ alter est is: quē p̄ suc-  
cessionē traditū plurimi tyrānorꝝ obseruarūt. Plurima  
aut̄ p̄cepta modi huius Periadru corinthiū cōstituisse  
ferūt. Multa quoꝝ ex p̄saꝝ gubernatiōib⁹ assūmi p̄nt.  
Sūt aut̄ p̄cepta hęc p̄nitiosissima: q̄ppe cū sint p̄ accre-  
mētū tyranidis: nā nullū scelus p̄termittūt ut tyranidē

retineant : Leges etiam quas promulgant siue iustæ  
siue iniustæ fuerint; ipsas; modo sit Tyrannidis salus:  
ab omnibus seruari uolunt. Præcepta autem sunt nu-  
mero. xv. primum potentiores interimunt: quoniam  
siue diuitiis: siue uirtute potentes fuerint contra Ty-  
rannum insurgere possunt. Vnde Periandri cōsilium  
Thrasibulo Tyranno datum: super eminentes spicas  
decerpere: tanq̄ oportunum semper sit eminentiores  
ciuium de medio tollere. seruauit præceptum huiusmo-  
di Agathocles Syracusis. Deinde sapientes delent: nā  
qui sapientes sunt artes nonnunq̄ inueniunt: quibus  
explodant tyrannum: ut Aratus Sycionius inuenit cō-  
tra Nicoclem tyrannum & contra Melanchrum Pit-  
tacus Mityleneus: & Zeno eleates contra Nearchū  
mysium. præceptum huiusmodi Licinius Imperator  
sestatus est: qui litteris adeo infestus fuit: ut sapientes  
atq; litteratos uiros tanq̄ pestem publicam insectare-  
tur. Domitianus eadem de causa Philosophos omnes  
ab Italia sumouit. insuper ab omnibus cauent ex qui-  
bus consueuerint necessitudines uel societates oriri in-  
ter ciues: amicitiae quoq;: & fides: ut sodalitates sunt:  
disciplinæ: cōmessationes: & alia id genus. quā rem  
Alexander Pheræus in Thessalia: & Busyris in ægy-  
pto obseruarunt. Omnia quoq; faciunt ex quibus ci-  
ues inter se q̄ maxime incogniti sint: ut scholas pro-  
hibere: scholaisticosq; conuentus tollere. Cognitio  
enim fidem generat inter ipsos. accedit q̄ per scholas  
scholaisticosq; conuentus homines sapientes fiant: sa-  
pientes autem magnanimi sunt: atq; magnifici: qua-  
re facile in Tyrannū conspirarent. seruant præceptū  
huiusmodi

huiusmodi barbari Reges potissimum : qui Asiam : atq; Aphricam incolunt . hic enim ut libere dominari possint : omnes scholas : omnesq; scholasticos cōuentus disperant . nostri uero Tyranni qui in Europa dominantur : scholas atq; academias permittunt : nulli faciūt tamen sapientes : ne ab illis de Tyrannide accusentur . extollunt uero causidicos aliquando : ut ab illis honestam Tyrannidem ediscant . rursus satellites suos mitunt : & per urbem hac illac uersari iubēt ut assuecat subditi animum submittere per cōtinuam seruitutem : ut faciebat Periander Corinthi : & Melanus eius filius ephesi . Insuper per urbes exploratores disseminant : ne lateant quæcunq; quis dixerit : aut fecerit . quemadmodum Syracusis hic qui deductores nuncupantur : & auricularii : quos submittebat Hieron ubi cūq; congregatio uel conuersatio aliqua foret . Seruabant hæc barbari Tyranni ut persæ : quominus latere possint quæcunq; quis agat . Præfectus quidam suessæ adeo diligenter per exploratores hominum uota percipiebat : ut a uulgo dæmoniū habere existimaretur . Caluniari etiā inuicem ciues faciunt : cōmittereq; amicos cum amicis : & plebem cū nobilitate : & diuites inter se ipsos : ppter factiones enim minus insurgēt : quippe cū uirtus difusa minor sit . Veluti in aliquibus ciuitatibus Senenses : Ienuenses : Florentini : & Veneti per factiones fæcerūt . & Clearchus heracleæ : & Gabrinus Cremonæ . Subditos præterea ad paupertatem redigunt ne sumptus facere possint in custodia aduersus Tyrannum : ut Histicus & Aristonicus in suis Tyrannidibus seruarunt . Quinimmo eos quotidianis molestiis occupant : ne ad

consilia contra Tyrannum ineunda uacare possint.  
Exemplum huiusmodi sunt Pyramides ægypti: & do-  
naria Cypselidarum: & olympi ædificatio a Pisistrati-  
dis facta: & Polycratis opera circa samum. Hæc enim  
omnia instituta fuerunt ad ocium & quietem populo-  
rum tollendum: & ad inducendum paupertatem per  
tributorum pesianem: ut etiam Syracusis factum est:  
Dionysio enim dominante contigit Syracusanos in  
quinquaginta annorum tempore cunctas facultates suas in sol-  
uendis tributis consumpsisse: Hæc utraq; præcepta ad  
unguem nonnulli primatum nostri regni seruant: Re-  
digunt enim subditos ad paupertatem: ac ipsos mole-  
stii premunt: ut ex pecuniis percæptis dominationes  
emant: quippe cum nostris temporibus potissimum  
Neapolitani dominationes uenales sint: adeo ut per pecu-  
niā etiam Scurræ: lenones: sceneratores: proxenetæ:  
& qui muliebria passi sunt: atque iudices & causidici do-  
mini facti sint. Premunt quoque subditos negotiis: &  
bellis contra finitimos: ut indigeant continuo duce fa-  
uente: & ut diuertantur a conspirationibus contra ip-  
sum: quam partē non modo Tyranni sed Reges etiam  
seruant: ut Ferdinandus Catholicus circa initia sui re-  
gni: ut enim animum primatum diuerteret: Bethicū  
regnum inuasit. Seuerus ut in conspectu militum ad  
mirabilis & in conspectu populorum terribilis uidere  
tur: & tantis diuerticulis populos & milites occu-  
pauit: ut malum omnino finem non sortiretur. Cōmo-  
dus uero Caracalla: atque Maximinus q[uod]a preceptū hu-  
ijsmodi neglexerūt: o[ste]s manu populos male diē obie-  
runt suū. Postea amicis diffidunt: nā amici. Ut pluri-

mū) potētes sunt ut etiā ipsi oībus dñari appetāt. Preceptū huiusmodi Pandulfus Petruclius seruauit senis; qui magis iis qui hostes: q̄ iis qui amici ab initio erāt confidebat. Qd' Phalaris agrigentii; & Milo Pisæ circa initia suarum Tyrannidū effacerunt. Præterea permittunt habere mulieres quæcūq; uoluerint contra uiros; atq; seruos manumittūt. nā cū mulieres libertate & serui manumissione gaudeant: sintq; magna ciuitatis pars; Tyrānus ciuitatē pro maiori parte beniuolam habebit: ita nec uiiri cōspirare audebunt inuitis mulieribus; & seruis: ne uiiroꝝ secreta tyranno reuelent. Tarentinæ: atq; Crotoniates mulieres ppter maximam libertatē: quā a dominis habebāt: non minore cura Tyrannū q̄ uiros obseruabant. quam artem inuenisse Mercum Catanae Siciliæ vrbi: & eam post ipsum Hippōnem messenæ vrbi secutum esse tradunt. Deinceps adulatores: assentatoresq; magnificiūt: atq; ipsis bene ficia conferunt. seducunt enim populum: nam laudantes Tyrāni deliberationes: ei non paruam præbent auctoritatem: persuadent enim ut subditū credant. hāc ob causam ut Aristoteles inquit paucos probos amicos habent. cū gaudeant adulacionibus: quæ libero homine dignæ non sunt. Quia igitur adulatores Tyrannis utiles sunt ut prauī ad praua (ut sonat prouerbiū claus claus) sapientes ac probi uiiri contrarii: ideo preceptū Tyrānicū est adulatores extollere: atq; ipsis beneficia cōferre. Antigonus cū Asiā & oriētis partē occupatus: ut a populis auctoritatē acciperet: assentatoribus: atq; adulatoriis multū tribuit. quā partē: ut ferūt: seruauit Antiochus Syriꝝ rex. Primates nīoꝝ téporū

nōnulli in propriis dominationibus a subditis pre-  
rio: vel ui pecunias emungunt: ac extorquent quas po-  
stea ut se liberales præbeant: adulatoribus effuse ero-  
gant. Quin etiam nullo honesto: nulloq; libero homi-  
ne delectantur: se enim solum esse tales putant Tyrani.  
Oderunt ergo illos tanq; suæ potestatis euersores:  
qui honestati uel libertati student: minuere enim uidé-  
tur excellentiam: qua subditis se præferunt. Periander  
Corinthius eos: qui honestati studebant: simulatores  
appellabat: qui uero libertati: proditores. Dionysius  
Platonis uitam: quæ honestissima erat: uituperabat:  
atq; in eius faciem expuit. Peregrinos quoq; in conui-  
uia: atq; familiarem usum magis recipiunt q; ciues: qua-  
si hos habeant hostes: illos uero non aduersantes. par-  
tem hāc Polycatres: & Syloson fratres in famo obser-  
uarunt. & Regni nostri primates plurimi hodie ser-  
uant: ciues enim suos nihil faciunt: peregrinos hono-  
rant. mollitudini indulgentes non eminentem uirtu-  
tis effigiem: sed adumbratam in dandis officiis conse-  
ctantur. Psitacus ex Oriente in Occidentem delatus:  
vbi huiusmodi aues nasci non consueuerunt: admira-  
batur se se in maiori pretio: & honore haberet: q; in nata-  
li solo consueisset: nam cauea eburnea argenteis con-  
texta uirgis cōtinebatur: suauissimisq; alebatur cibis:  
quod cæteris auibus occidentalibus: quæ neq; in for-  
ma: neq; exprimendis humanis uocibus erant inferio-  
res non contingebat. tunc Turtur inquit: hoc nul-  
la est admiratione dignum. nulli enim in patria meri-  
tus honor exhiberi solet a dominis: sed peregrinis dū  
taxat: liberalis animi simulatione. Hæc & multa hu-

ius generis plura pro dominatione retinenda a Tyrannis sunt. Quinimmo nihil prauitatis omittunt ut Tyrannidem tueantur.

REDVCTIO OMNIUM HORVM  
præceptorum in tria. CAP. XIX.

**T** Si. xv. Præcepta sint: quibus Tyranni pro dominatione retinenda seruantur: omnia tamen tribus generibus compræhensa sunt. Coniectat enim Tyrannus tria. Primum quidem ut animum imminuat ciuium: nemo enim parui animi contra Tyrannum insurgit. Alterum uero: ut ciues inter se dissidentes reddat: non enim euertitur Tyrannus: nisi inter ciues fides: & amicitia coalescat: hanc ob causam viros bonos temerario motu & inconsiderato persequitur quasi pestiferos: suæque Tyrannidi aduersarios: non solum quia sponte prauis non obsecuntur studiis tum seruituti minime aquiescentes: uerum quia fides ipsis & iter se & ab aliis plurima adhibetur. accedit qd nec se se: nec alios in Tyrannum conspirates accusent. vnde si quis libere uocem emitat: sententiæque de Repudiacione que uox Tyrannis infestissima est: Tyranni ipsi sub pectore iracundiam retinent: & si ad presens uidentur ignoscere: tamen in posterum iram seruant: Quod tetigit Virgilius in. xii. his uersibus: Es germana Iouis Saturniqz altera proles: Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus: Homerus Calchanta inducit loquenter de Agamenone. Regum iræ ita se habent ut etiam si ad presens indulgere uideatur: stimulos tamē

iracundiae in futurum tempus reseruent: primo quoque tempore ulciscatur; quapropter Calchas ille libere sententiam suam dicere uerebatur: ac nunquam dixisset nisi Achilles ei impunitatem promisisset. Tertium ut omnium vires: potentiamque deprimat atque debilitet. causa autem est: quod nullus deficientibus facultatibus impossibilis aggrediatur: ita neque Tyrannidem tollere: si potentia desit. Ad quos ergo fines referantur Tyrannorum consilia: tres isti sunt: ad quos uniuersa Tyrannica præcepta redigi potuerunt: partim ne confidant inter se ciues: partim ut potentia eis desit; partim ut pusillanimes efficiantur.

MODVS SECUNDVS QVO TY  
ranni suam dominationem ab internis causis  
ut ab insultationibus ac rebellionibus tueri  
enixi sunt. CAP. XX.

**A**LTER Vero modus hic prior contra-  
rius est: nam primus erat per Tyrannidis accrementum: hic autem per decrementum: ut per reductionem Tyrannidis ad Regiam gubernationem: quæ secundum rectam rationem sit. Apprehensus est autem hic modus ex regnorum corruptionibus: legimus enim innumera fere regna ideo corrupta fuisse: quia Reges qui successerunt gubernationem suam regiam quotidie magis: ac magis uertierunt ad Tyrannicam amentiam: ueluti Argiorum regnum in quo Abantiadæ Reges erant: & persarum

ubi Achemenidæ imperitarunt : & Aegyptiorum in  
quo Ptolemæi regnarunt: & Pharaones: & latinorum  
in quo præerant Murrhani: & Albanorū : in quo Syl  
uii reges fuerūt : & Molosorum regnum quod plus  
cæteris durauit: Hæc enim regna: & alia fere innume  
ra corrupta fuerunt quoniam qui regnabant : regiam  
suam potestatem ad Tyrannidem conuerterūt . ut igi  
tur Regni modus corruptionis unus est gubernatio  
nem ipsam Regiam magis ad Tyrannicam : Ita Tyrā  
nidis cōseruatio est ad Regiam gubernationem magis  
ipsam referre . unum ramen Tyrannus præ cæteris po  
tissimum spectare consuevit: ut potētiam retineat per  
quam nō modo uolentibus: uerum etiam nolentibus :  
si aliqui fuerint : dominari possit: potentia enim abie  
cta simul abiiciatur & Tyrannis necesse est . Tyrānus  
ergo omnia regia facere enītatur: modo de potentia ni  
hil inminuat : nam per hanc etiam nolentibus domi  
nari poterit . Hanc artem Antiochī qui Syrię: & Ara  
barchæ qui Arabis : & Libyarchæ qui Libicis impe  
ritarunt diligentissime obseruarunt : & ad nostra tem  
pora Reges nostri qui in Europa dominantur omni  
conatu sequuntur: aliī tamen magis : & aliī minus: &  
propterea pluribus annis per successionem regnarūt.  
Turcarum Reges propter hanc causam . CC . annis  
imperitarunt: enīxi sunt enim dominationem suam  
ad regiam reducere : Solam autem potentiam milita  
rem seruant: & quæ alias diximus: ut possint etiam  
inuitis dominari . Cætera autem quæ agunt Regia  
esse uidentur .

PRAECEPTA TYRANNICA PER  
reductionem ad regiam gubernationem esse  
xix. CAP. XXI.

**N**VNC Præcepta per partes explicemus:  
sunt autem numero. xix. Primum ut se præ-  
beat cōmuniū cōmodorum curam haben-  
tem. tot enim ac tantas Tyrannus largitio-  
nes effundere non debet: ut ciues moleste ferant: extor-  
quētur enim pecuniā a subditis: qui egestate laboran-  
tes uelut tempestate quatīuntur: nec scortis quorum  
libidine quasi eminentes feruntur: peregrinis mini-  
meq;: & histrionibus erogare debet: sed rationē eorum  
reddere quæ accēpit: & expenderit: quod factum est  
a quibusdam Tyrannis: sic enim administrans non  
Tyrannus: sed legitimus gubernator: & æquus uide-  
bitur. nec formidandum q; quandoq; sibi desint pe-  
cuniā: cum sit dominus ciuitatis: & omnium bonorū  
quæ sunt ciuium. hac ratione pecunias: ac diuitias ci-  
uibus elargiri prodest Tyrannis magis: q; domi suæ re-  
conditas relinquere. minus enim custodes ipsi ciues cō-  
tra Tyrannum insurgent: cum enim pecuniā apud  
ciues fuerint: nec iplas Tyrannus nisi ad bonum pu-  
blicum extorserit: minus contra ipsum insilient. præ-  
terea si in Tyranni domo pecuniā reconditā fuerint:  
ipso extra ciuitatem uel ad bellum proficisciēte: uel  
ad aliquid id genus agendum: ciues qui in ciuitate re-  
sident: magis insurgere: ac thesaurum subripere pote-  
runt. declarant hoc nobis Medorum Tyranni: qui  
cum in domibus plurimas pecunias reconditas habe-  
rent:

rent: ipsis ad uenationes euntibus: ac extra ciuitatem  
per aliquot dies manentibus: omnes a ciuibus fuerunt  
dirutae: atque inter ipsos per portiones partitae. Serua-  
runt rem hanc mirifice Romani: qui aurum in Colle  
Tarpeio recoditum a Metello seruari iusserunt. Dein  
de se eas congregare uoluerit: redditus & impensas pa-  
refaciat: tum gratia diligentis administrationis: tum  
etiam (ut si quando opus foret) illis: ut possit ad bellorum  
necessitates: ita ut omnino se ipsum custodem: & qua-  
storem praebat: ac si illae propriae non sint: sed comu-  
nes & publicae. Seruauit rem hanc diligenter Nic-  
cles: qui fuit Sicyoniorum Tyrannus: cum enim de  
redditibus & impensis semper palam rationem redde-  
ret: omnibus ut pecuniarum quæstor: & custos uisus  
est. Arideus quoque Pamphiliæ idem seruabat. Postmo-  
dum: ut se nec asperum: nec difficilem ostendat: sed cu[m]  
grauitate honestum: & quidem non talem: ut timeant  
obuii: sed magis ut reuereatur. Asperitas enim timo-  
rem: timor autem odium parit. At grauis honestas re-  
uerentiam sibi uendicat. Ex hoc enim quod quis alicui ob-  
uius fit: cui bonum in esse putat: quod sibi desit: eum  
reuueretur: tristaturque aut quia illud non habet: aut quia  
non eo modo. Quare recte Aristoteles Tyrannum se  
reddere tales debere inquit ut uideatur subditos in ali-  
quo excellenti bono excellere: quod ipsis desit: per quod  
reuuerentur. Difficile autem (ut Aristoteles inquit) est  
hoc assequi his Tyrannis: qui contemnendi sunt. Qua-  
re si non contemnedus nec terribilis uideri debet: opus  
est: & si non aliarum virtutum: saltem ciuilium cura-  
Tyrannum habere: uel saltem eam de se ipso opinionem

F

facere. Qui enim uirtutum curam habet: propter excellentiam earum non erit dispiciendus. Quid si uirtutum curam habere non poterit: ut ciuium inhærescat mentibus ipsum de uirtutibus curam habere enixe studeat. Nam licet hoc bonum non sit: ut ne despiciatur habeatur bonum est. Assecuti sunt rem hāc plurimi: quatenus uiros bonos in quo uis uirtutum gene re probatos amare se: tum eminentem uirtutis effigiē consecrari ostentarunt. Hoc enim cunctis non parum admiratiōis affert: vnde Dionysius iunior dicitabat: se multos quidem alere liberalium artium doctores: non q̄ illos admiraretur: Sed quia per illos aliis admirationi esse uellet. nec iniuria quidem: nam Princeps eo ingenio iis innatae naturae seminibus educatus ab omnibus censemur: quibus prædicti fuerint: quos assidue consuetudine: ac amicitia coniunctos habebit. Vnde Eurypides Tyrannos sapientes fieri dicit sapientum consuetudine. nostra etiam aetate Laurentius Medices Florentinorum ciuilis dominus: ut se omniū uirtutum studiosum preferret: uiros qua uis uirtute claros fuit: semperq; sibi contubernales conuiuas: & assiduos prope modum asseclas habuit. Insuper nec ipse nec ex asseclis aliquis ciuibus contumeliam faciat: insolentia enim domesticorum fuit potissima causa mortis. C. Cæsar. Cōmodus. Caracalla: atq; Maximinus: quia nefanda militum suorum sclera tulerunt: omnes a populis interempti. Deinceps mulieres suas erga cæteras mulieres ut bene se habeant: diligenter curet. Nam & per contumelias mulierum permulte iam Tyrannides perierunt. Tyrannus enim

qui curat: ut uxor sua uxoribus subditorum familiariis sit: totam fere ciuitatem beniuolam reddit. Seruabat partem hanc peregriegie Periander Corynthi: & Gelon in uniuersa sicania: Quorum uxores prae nimia familiaritate omnes fere mulieres ciuitatis beniuolas habuerunt. Præterea circa corporis uoluptates: maximum moderationem adhibeat: uel saltē illa fugere uideatur: ut Hipparchus & Pisistratus eius pater Athenis effacerunt: non enim oppugnari: nec facile contemni potest: qui sobrius: sed qui ebrius est: neq; qui uigilat: sed qui dormit. Contrarium autem faciunt non nulli Tyranni: non solum enim statim ab Aurora id agunt: conuiuanturq; per dies plures: uerum etiam uideri uolunt se ita facere: ut tanq; felices beatosc; subditū admirentur: quod fæcisse Augustum ferunt: qui cum pueris duodecim: totidemq; puellis conuiuebat. Quin etiam muniat atq; ornet ciuitatem: ut curator: & non Tyrannus uideatur. Confirmet quidem Arces: atq; muros construendo: ornet uero sedilia publica parando: ædes porticus: atq; sublimia habitacula ordinando: ciues: atq; mores ciuilium instituendo. Seruauit rem hanc Romulus: atq; Dionysius Syracusanus: atq; Procopius Constantinopoli. Insuper etiam erga deorum cultum: & religionem uehementer se curiosum præbeat: minus enim formidabunt populi ne quid contra iustitiam fiat: si religioni deditum illum existimabunt Deiq; timorem habere: minusq; contra illum audebūt insurgere: quasi Deum propitium atq; fautorem habeat. preceptum hoc Alexander seruauit: qui metu religionis Hierosolymitanorum sacerdotē

ueneratus est : & mane ante oīa Diīis sacrafaciebat. L.  
Sylla quoq; tempoī bellorum Apollinis imaginem fe-  
rebat in sinu : quam inminēte discrimine osculabatur:  
& uelut adiutricem inuocabat. Sacerdotes ægyptii :  
qui insulas habitabāt: per simulatam religionem: adū  
bratā ue uirtutis imaginē Tyrannidē per. CCCCC.  
annos pacifice tenuerunt. Debet autem adeo religio-  
sus uideri: ut sine improbitate ab omnibus existime-  
tur. Qui enim religione effectus uidetur; & in aliis im-  
probus: hīc ridiculo omnibus est. Rursum eos uiros  
honoret: qui aliqua in re laudabiliter se gesserint: ita ut  
nō existimant unq; se magis honorari a ciuibus suis in-  
libertate degentibus potuisse: q; a Tyranno honoran-  
tur. Sic enim potius Tyrannum: q; paucorum poten-  
tiā: uel popularem statum desiderabunt. Hāc uiam  
primus Ferdinandus nostri Regni Rex diligenter est  
secutus: nam qui in armis: aut literis laudabiliter se  
gesserunt: omnes honoribus: diuiniis: atq; dominatio-  
nibus honorare consueuit. Et Gordianus quoq; dum  
regnauit: semper ita seruasse legitur. Honores etiam  
ipsemet tribuat: noxios autem a iudicibus mulctari si-  
nat. Ita enim sibi benevolentiam absq; odio compara-  
bit. Vnde Xenophon ad Hieronem: meum hoc con-  
silium est: ut quæ res in se molestiam habere videātur:  
eas aliis faciendas præcipiendaſq; mandet: quæ uero  
gratiam comparant: eas pro se exequatur: qui in pote-  
state est. Quam artem optime calluit Critias Tyran-  
nus Atheniensis. Hīc enim nunq; pœnas aut animad-  
uersiones nisi per iudices inferebat: gratias autem ipse  
dabat. Quod & Ferdinandus primus Apuliae Rex etiā

semper fæcisse fertur. Post hæc unum pre cæteris per-  
raro extollit sed plures inter se æmulantes fouet: nam  
certatim custodient & seruabunt: vix enim erunt uni  
animæ. Quod Gelon in Sicilia imitatus est: & Macha-  
nidas in Lacedæmonia. Non eum præterea euæhit: qui  
moribus audax est: nam huiusmodi homines aptissi-  
mi sunt ad inuadendum. Quare si aliquos attollunt: ti-  
midos: atq; omnino moribus remissos efferunt. Quod  
Busyris in ægypto fæcit: & Anaxileus in Rhegio. Po-  
tentiam quoq; paulatim a suspectis inminuere: ac non  
uno simul impetu auferre Tyrânus solet. Alii asserunt  
Inmanitatem: quæ tota simul fit: non nunq; ad regnicō  
seruationem facere: est enim Tyrânicum præceptum:  
ut malum totum simul: bonum autem paulatim fiat.  
Malum enim quod subito fit: temporis diuturnitate  
tâdem e memoria eorum deletur: quibus inferebatur.  
Bonum autem: quod paulatim confertur: semper eoz:  
qui accipiunt: memoriam recentem seruat. Quam partē  
& Sylla: & Agatocles seruarunt. Sed hæc utraq; præ-  
cepta utilia Tyrannis sunt. Hoc quidem Agathocli-  
cum circa Tyrannidis initia: illud autem Peripateticū  
Tyrannide iam multis annis possessa: Tyrânde enim  
iam possessa: si permodica fiet potentiae ablatio ab ali-  
quo potenti: minore perturbatione afficietur ipse:  
id enim quod parum est: nihil esse putatur. Ab omni  
contumelia abstinet: præcipue tamen a duabus: ne in  
corpus flagris: flagellisq; neve in etatem libidine insul-  
tet: de honestando eum: quem honorare debet. Corpo-  
ris enim flagellum seruile est: quod liberî homines nō  
facile ferunt. Hominum uero uituperatio odiosa: hæc

ob rem possent Ciues insultare . Maxime autem  
hæc cauere agere debet erga eos homines : qui ho-  
norem magnificiunt . Nam in pecunias illatam ini-  
riam auari homines grauiter ferunt : Aduersus ue-  
ro honorem illatam & qui boni sunt uiri : & qui ho-  
norem magnificiunt permoleste tulerunt . Quapro-  
pter aut huiusmodi non utendum est ; aut animad-  
versiones patrio more : ac sine ulla contumelia facien-  
dæ . Et si aduersus Senes : atq; honoratos uiros ani-  
maduersio facienda est : non ex licentia ; sed ex amo-  
re : & beniuolentia fiat . Deinde hoc dedecoris : quod  
infertur : impensione maiorum honorum est redimen-  
dum . per pulchre artem hanc calluit Aristagoras  
Miletí ; & Clysthenes Sycione . Et maxime cauent  
iniurias inferre his qui ad uim inferendam contra  
Tyrannum insurgunt : & qui ita dispositi sunt : ut  
amplius uiuere non curent : cum occiderint . Sine  
enim ulla cura propriæ salutis irruunt qui per in-  
dignationem & iram aggrediuntur . Quemadmo-  
dum & Heraclitus inquit durum esse dicens pugna-  
re aduersus iram : pro paruo enim pretio uitam po-  
nit iratus . Vnde Tyrannorum mortes quæ ab hu-  
iusmodi hominibus fiunt : ineuitabiles sunt : ueluti il-  
la . P. Antonii a Centurione : & illa Galeatii Medio-  
lanensium Principis ab Andrea Lampugnano : Isti  
enim ut ulciscantur non curant mori . cum Ciuitates  
etiam ex duabus constituerint partibus ex inopibus .  
S. & opulentis : maxime de utriusq; partis salute co-  
gitant : & alteros ab alteris nulla iniuria affici per-  
mittunt . Quicunq; tamen eorum potentiores sunt :

Hí præcipue a Tyranno uendicandi: atq; tanq; pro-  
prii adiungantur. cum enim hoc fecerit: neq; seruo-  
rum liberationem facere compelletur: neq; arma adi-  
mere: altera nanq; pars Tyranni potentiae adiuncta  
sufficiens erit ad superandum eos: qui contra insur-  
gerent. Nec ignorauit hanc artem Phalaris agrigen-  
ti: & Candaules in Sardinia. Et tanq; patrem fami-  
lias & regem se putari student ab illis: qui subdun-  
tur: nec pro se capientem: sed pro cōmunis utilitatis  
tutela: & cura. Quemadmodum Romanis Augu-  
stus pater patriæ: & Traianus creditur. Et egregios  
uiros per familiaritatem sibi coniungunt: Plebem ue-  
ro in obsequio retinent: per fauorem & gratiam. &  
mediocritates in uita sequuntur in omnibus. Erunt  
enim propter hæc dominatione pulchriores ac opta-  
biliores: nam non abiectis: ac affictis: sed bonis ac  
officiosis imperare uidebuntur: etiam nec formidabi-  
les: nec odio habebuntur: & dominatio longior: ac du-  
rabilior erit. Seruauit præceptum huiusmodi Diony-  
sius Iunior: qui ut diximus: asserebat se multos sa-  
pientes probosc̄ uiros alere: non q; illos admirare  
tur: Sed quia per illos aliis admirationi esse uellet. Et  
moribus tales se demonstrat: ut uel recte se habeat ad  
uirtutem: uel semiboni saltem sint: Quod Cyrus  
diligenter assecutus est. His igitur præceptis ab in-  
ternis causis ut ab insultationibus: ac rebellionibus  
Tyranni dominationem tueri consueuerunt. Post hæc  
de Tyrannorum miseriis differendum.

BONOS POSSE ESSE TYRAN-  
nos sed per difficile. CAP. XXII.

**T**YRANNI Igitur boni esse possunt: nam nōnulli ex Tyrannis Reges facti sunt: reducendo quæ Tyrannica erant: ad medio critatem: ut Theopompus: per difficile tamē id esse nemo dubitat debet. Nā si ueteris Hesiodi sententia uera est: difficile est aliquem hominem bonum esse: id longe magis Tyrannis ipsis per difficile erit: quos plura uitiorum irritamenta ab exercitatione uirtutum seducunt. Præterea si priuatissimis hominibus paruula licent: qui legibus coercentur: & maxima pars uitiorum mole urgetur: quid in tanta Tyrannorum licentia contingere putas: quibus pro lege appetitus est. Quam ob rem non ab ratione proverbiū emerit: bonos dominos instar portentī esse: vnde Cicero. libro de diuinatione: si quæ rarissime fiunt mōstra putanda sunt: magis monstrū erit uir bonus: q; si uirū bonū portento similē Cicero arbitratur: quid tū Tyrannis putas contingere: quos plura q; priuatissimis hominibus uitiorum irritamenta molliunt: ac seducunt.

TYRANNORVM LAVDES ESSE  
ab assentatione scriptorum. CAP. XXIII.

**I**NC Fit: ut Tyrannorum laudes nō ue-  
ræ sint: sed ab assentatione scriptorum coa-  
lescant. Nam licet aliquando: quidam uirtutum splendor: per raro tamen: in aliqui-  
bus

bus emicuit. Nihilominus scriptorum non nullorum assentatio: qui adulacionis præmia a Tyrannis experientabant: ex parua uirtutis scintilla maximum incendium excitarunt: exaggerantes ea uerbis: quæ rebus tenuia erant. veluti Valerius Maxi. de Iulio Cæsare in gratiam Tyberii sæpius aperte mentitur: de ipso enim loquens: tanq; de Deo loquitur: non autē tanq; de eo. Cuius acta omni uita (armorum gloria excæpta) a bonis reprobata sunt.

## TYRANNORVM VIRTVTIBVS uitia esse contraposita. CAP. XXIII.

**V**O T Si in Tyrânis uirtus aliqua reluceat ea multorum flagitorum caligine obubrata est. Inuenies enim quosdam humanos: Sed extra pudoris aleam luxuriosos: alios prudentes: sed crudeles: hos iustos: sed Auaritia deditos: nonnullos magnificos: sed raptiores: quosdam liberales: sed ira feruidos: & impotentes. Ita quocunq; te uerteris: nihil purum: nihil sincerum in eis inuenies: nihil castum: nihil absolutum: sed ita infecta omnia: ut longo interuallo uirtutes a uitiis superentur.

**Q**uae res Tyrannos malos faciat: & quomodo a bonis principibus uituperetur Tyranus. Cap. xxv.

**N**ON Possunt esse Tyranni nisi mali. Nam rerum copia amici improbi. Satellites detestabiles: ministri auarissimi. Aulici stulti. Ty

G

rannos faciunt flagitiosissimos . Tyrannis porro ipsa  
suapte natura homines inficit : nam quemadmodum  
ignis quicquid sibi hæret : aut calefacit ; aut urit ; ita &  
Tyrannis quos apprehendit aut malos reddit : aut  
certe deteriores : ut etiam si probi : casti : pii : huma-  
niq; sint : cum ad Tyrannidem aspirant : illico inficiantur  
: euadatq; impii : scelesti : inhumani : periuri : cru-  
deles . Vnde flauius in uita Aureliae ad Diocletianum  
scribens . Vide quæso inquit : q̄ pauci fuerint domini  
boni : ut bene dictum sit a scurra : quodam unico anu-  
lo omnes bonos dominos describi : ac depingi posse .  
Saturnum : quem ægypti ad dominandum assume-  
bat locutum esse memorant . Nescitis amici quid ma-  
li sit dominari . Gladii pendentes ceruicibus inminet :  
hastæ undiq; : undiq; spicula : ipsi custodes timentur :  
ipsi comites formidantur . Antoninus Pius : quæ per  
omnem uitam philosophatem : inter omnes : qui unq;  
imperarunt : uirtutis palmam tulisse historiæ ferunt :  
sanctimonia certe uitæ omnes excelluit : ad Imperium  
ab Adriano adoptatus : magis doluisse : q̄ latatus es-  
se traditur . Iusius autem ex priuatis hortis in domū  
Principis migrare : inuitus accessit . Et cum ab eo do-  
mesticī quererent cur tam moestus in tantam adoptio-  
nem transiret : multis uerbis disputauit : quæ in se ma-  
la contineat dominatio . Diocletianus uero cum post  
depositam dominationem in priuata uilla degeret ; ro-  
gatus a Licinio : ut rediret in dominationem : id recu-  
fauit : præposuitq; hortum dominationi . Quæ ratio do-  
cet nullum esse Tyrannum : quin multiplici ex causa  
malus sit .

NATVRA NOBIS INSITVM ES.  
se dominandi appetitum: qui si non temperetur  
morbo similis est. Cap. xxvi.

**S**ED (ut Cicero tradit) nobis natura insita est dominandi cupiditas. Animus enim bene a natura institutus: & subesse refugit: & præesse cupit. Indidit enim nobis siue Deus: siue parens natura laudis: ac gloriæ cupiditatem: quam potissimum præstantia: & dominatione cōsequi uidemur. Quibus eminētia quedā animi excellētiaq; indicatur. Cernis enim natura gestire animū nostrum: ac lætarī: cum reliquos etiam bonarum artium studiosos certamine antecellit. Et enim gloria quadam extollimur: si prudentia: consilio: doctrina: vel arte egregia cæteris præstamus. Quia igitur in singulis rebus nobis insita est supereminentiæ appetitio: atq; dominandi cupiditas: hæc infelix censenda non est. Quippe cum quæ natura nobis insunt: omni culpa uacent. Quemadmodum cibi: potus: ac venereorum usus: si ad uoluptatem tantum referantur: criminandi sunt. Ita si quis dominatione præter rationem abutatur: non iniuria uituperabitur: sit enim Rex Tyrannus; si præter rationem suū Regnum administrauerit: contra etiam Tyrannus sit Rex: si Tyrannicam gubernationem in Regiam permutterauerit: reduxeritq; ea omnia: quæ Tyranni ca sunt: ad mediocritatem.

INFELICES ESSE SEMPER  
Tyrannos nullaq; uirtute præditos. Cap. xxvii.

**P**O STEA q; semper Tyranni infelices sint: facile demonstratur: nam si felicitas (ut Aristoteles inquit) uita sit secundum uirtutem: aut (ut Ciceron) sit honestorum comes & prosperitas: aut (ut Epicurus) sit fortuna adiutrix bonorum consiliorum. Tyrannus semper erit infelix. Quippe cum semper uitiis detestabilibusq; rebus: ac prauis consiliis implicitetur. Non enim Tyrannus fortis est: licet per fortitudinem Tyrannidem plerumq; seruet. Cum enim fortitudinis opus sit adire pericula pro cōmuni salute: ad iniurias propulsandas. Armisq; decernere pro salute patriæ. Tyrannorum autem cura sit pro priuato cōmodo: atq; augēdis Imperii finibus arma capere: quantum uis pericula subeant Tyranni: fortitudinis laude: atq; opere carebunt. Sunt & intemperantes: si quidem luxuria: libidine: atq; omni uoluptatis genere obruuntur. In iusti quoq;: nam cum iustitia circa pēnas: præmiaq; tribuenda uersetur. Tyranni pœnas: præmiaq; tribuunt: non ut leges præcipiunt: sed qua statui conducit: nō enim fontes puniunt: sed persæpe propter cōmissum scelus extollunt. Præmio uero nequaq; afficiunt bene meritos: sed quos libido persuadet: qui: ut plurimum sunt improbi: ac nepharii uiri. Versutos autem: callidos: astutos: Tyrannos plures audiui. Quoniam quæ aduersus subditos machinantur: perficere possunt. Prudentes uero nullos: si quidem prudentia est cæterarū

virtutum moderatrix: & ueluti quidam auriga: Sed  
cum cæteræ virtutes a Tyrânorum uita procul absint:  
sit ut prudentia etiam absit. Sapientia uero quæ nam  
potest Tyrannis in esse: qui neq; literis: neq; doctrina  
illam percepunt: neq; sapientum præceptis: neq; do-  
ctorum hominum uocibus: neq; bonorum consuetu-  
dine: neq; integritate uitæ: satis illi ex magnitudine im-  
periï se sapere arbitrantur: partim temerarii: atq; in-  
sulsi: partim fœminis molliores. Multos liberales vul-  
gus existimauit: quoniam multa multis condonarunt:  
at ii stultitiae potius: q; liberalitatis laudem meruerūt.  
In consulta enim elargitio: & pecuniarum temeraria  
largitio uituperada est: in liberalitate enim (ut Aristo-  
teles inquit) loci: temporis: personæ ratio habenda  
est. Adeat Tyrannū vir doctus: & sapiens munus pe-  
tēs contemnetur. Adeat scurra: aut Histrio: uestibus  
atq; auro donabitur. Nō enim honestis uiris aut ege-  
nis: sed procacibus: improbis: ac importunis tribuunt.  
Itaq; dū liberalitatis nomen assequi credunt: intemera-  
tix effusionis culpam prolabuntur. Virtutes igitur fer-  
me omnes dominantium animos reliquerunt: se seq; ad  
humiliores homines contulerunt.

**T**yrannos esse adulatorum summos fautores: uera  
tum uero hominū capitales hostes. Cap. xxviii.



**V M** Igitur Tyranni omni prorsus virtu-  
te careant: sintq; propter hanc causam infe-  
lices: sit ut satis sit ipsis laudati: atq; colli-  
ab adulatoribus: & iis: q; uos ueluti canes

ad latrandum alunt: hi enim Tyrânorum consilia comendant: quantum uis pernitiosa: ac turbulentia: cum sit consilii inopes: prudentiam admirantur: cum sint stulti: eos plusq; cæteros sapere profitentur. Cum nō procul absit amentia. Adulatores suis assentationibus usq; adeo abducunt Tyrannum ut nihil ueri audiens: suæ sapientiæ fidens sœpissime in miserrimos casus incidat. Necq; enim ad sapientiæ cognitionem peruenire possunt: quibus ab assentatoribus persuasum est: iam se ad sapientiam peruenisse. Vnde fit: ut ab adulatoribus circumsepti omni ueritatis cognitione pruentur. Nam si quem iniuria Tyrannus afficit: id pro summa iustitia assentatores comprobant. Venerem di cunt naturalem oblectationem usu: & consuetudine gentium permisam. Auaritiam: parsimoniam: prodigalitatem: liberalitatem appellant. Crudelitatis culpam specie severitatis leniunt. Nullum igitur est tetrū facinus: nullum tam nepharium in Tyrannis uitium: quod nō adulatores alicuius uirtutis uel ameto obtengant: quo fit: ut non iniuria adulatorum semper amici: ueratum uero hostes sint. Cyrus Persarum Tyrannus (ut recentiores prætermictam) Aspalo familiari ob repræhensum uitium: filios epulandos in coniuio dedit. Et ne parentis mors filiis adiiceretur: epulas il las laudare coactus est. Cambyses cuiusdam ex carissimi mis filium propter ebrietatem cuius ad monitus est sagitta tranfixit. Alexander Magnus: ut uesanum Callisthenem Philosophum condiscipulum suum Persarum morem culpantem: omnibus detruncatum membris in cauea ad modum belluæ inclusum discruciauit.

Non enim patiūtur monitus : qui uirtutes spernunt .  
Sed sua consilia ; aut acerbo odio ; aut tormentis prose-  
cūtur . Referte enim historiæ sunt casibus eorum : qui  
Tyrannorum uitia emendare cupientes ; mortis sup-  
plicio affecti sunt .

## TYRANNOS DELATORVM ES- se amicos,

Cap. xxix.

**P**ROPTER Hæc Tyrannis quartū ge-  
nus accumulatur idq; pestiferum delato-  
rum videlicet . Est enim ingens malum in  
bonorum atq; innocentium perniciem ex-  
promptum . Quibus non solum Principes impro-  
bi . Sed modesti quoq; aures præbuerunt . Apud  
Adrianum adeo ualuerunt delatorum uoces (ut ami-  
cos ) quos ad summum prouexerat ; postea habue-  
rit hostium loco . Recte ergo Socrates inquit : in  
Tyrannis semper esse licentiam cum stultitia per-  
mixtam . Cum enim delatorum uoces a ueris non di-  
scernant ; licenter in bonorum atq; innocentum per-  
niciem prorumpunt .

## CIRCA MVNERA INSOLENTES Ingratosq; esse Tyrannos . Cap. xxx.

**V**ONIAM Aūt i grātitudo semp fuit ty-  
rānus domēstica fit ; ut nō solū in agēda : sed  
in referenda gratia insolentes sint . Nā quic-  
quid eis operis ; quicquid muneris ; quicquid

beneficii impenditur. id debito iureq; fieri putant: &  
ne quid cuiq; debeant: sibi omnia deberi arbitrantur:  
uocantq; munera: atq; mutua: quæ subditi afferunt:  
debita. Et cum in concionibus a suis satellitibus pro-  
ponuntur munera offerenda: notat aduersantes: & ip-  
sos tanq; hostes prosecuntur: ueritati quoq;: applauden-  
tes iure consensisse afferunt.

## TYRANNOS NULLOS HABERE

amicos: qnimo erga amicos infidi sunt. Cap. xxxi.

**V**I BVS Fit: ut Tyranni omni amicitie  
fructu priuentur: cum enim neminem ipsi  
nisi inconsulto quodam impetu diligent: a  
nullo diliguntur. Insuper inter pares: atq;  
inter eos amicitia uersatur: in quibus bonarum artium  
studia uigent. At Tyranni non solum non amant pa-  
res: sed cum eis dominandi gratia decertant. Quantu  
autem bonis artibus uacent: nemo ignorat. Cum sub-  
ditis nulla esse potest amicitia: nam timeri ab illis ma-  
gis q; diligi uolunt. Sed quem metuunt: eundem ode-  
runt: ueteri sententia. Itaq; nullus apud ipsos amicitie  
locus est: nec esse potest. Amici enim ex animo uera  
loqui. At Tyrani ueritati oppido q; infesti sunt. Cum  
nihil nisi quodlibet: suæ aures patiantur: & cum inter  
parentes & liberos: & fratres adiuicem: virosq; &  
uxores omnium firmissime arctissimq; sint amicitiae:  
easq; priuati homines diligentissime colant: tamen ne  
haec quidem amicitiae ualent apud Tyrannos: ut saepe  
filius a patre: & pater a filio: & coniux a coniuge: &  
frater

frater a fratre necetur; habent tñ nonnullos suorū scelerū sectatores: quos ppter beneficia: quæ illis præbēt: sive factioni cōiunctos seruat: id tñ non amore faciūt: sed ob priuatā vtilitatem. Nam persæpe quē oderant sectantur: quoniā utilitas superat malevolētiā. Vnde recte Xenophon inquit: gaudēt Tyrāno improbi homines: quia timent ne qñ ciuitas libera facta sit iniuriarū pœnas a se exigat: gaudent flagitiosi ppter confessam a Tyrānis flagitiorū licentiā: gaudent ignavi: quia liberos esse non magnificiunt.

## TYRANNOS ESSE SAPIENTVM carnifices atq; contemptores. Cap. xxxii.

**I**T Etiā ut Tyrāni sint sapientum carnifices. unde Phalaris in Epistola ad Pythagorā: hūc enim principatū īqt nullo pacto si ne crudelitate obtinere possum. Non enim humanitas in Tyrānide tuta esse pōt. Ptolemæus Philadelphus dicere solebat: cū multa alia incōmoda Tyrānus habeat: tū maxime: q; dominādī causa insontes interficere compellatur. Antisthenes dicebat carnifices humaniores esse Tyrannis: quoniā a carnificibus nocentes: a Tyrānis uero innocentes necantur: nec de sunt exēpla. Legimus enim Callisthenē ab Alexādri temeritate ob ueras monitiones crudelissime fuisse necatū. Plato uir Sanctissimus a Dionysio Tyrāno: per doctrinā specie uocatus. Tyrāni opera uenundatus est. Zenonē Philosophū senem admodum Phalaris Tyrannus omni cruciatus genere dilaceravit. Anaxa-

goras nobilis Philosophus a Nithecreonte Cypriorū  
Tyranno occisus est. Socrates Tyrannorū tempore ve-  
nena assorbens periit. Boetius vir doctissimus: atq; in  
nocentissimus Theodorici Tyrāni iussu de vita rece-  
sit. Vnde Xenophon: graue illud accedit Tyrannis in  
comodū: quod si qñ viros bonos: prudentes: fortes co-  
gnoscant (cognoscunt autem non minus q; priuati) cū  
amare cuperent: illos timeant necesse est. fortes: ne-  
quid audeant libertatis gratia: prudentes: nequid ad-  
uersus machinentur: iustos ne cupiant populi ab il-  
lis gubernati.

**I**n felices esse Tyrannos in filiis. Cap. xxxiii.

**S**T Præterea alia non parua Tyrannorū  
miseria: aut sui seminis malitia: successores fi-  
lios derelinquere; quibus satius fuisset defæ-  
cisse. Aut ulciscente Deo nulos propagare.  
Augustus: Titus: Traianus: Antoninus pius filiis: qui  
succederent: caruere. Marcus Philosophus comodū fi-  
liū habuit: sed omniū pessimū. Auidius cassius in vita  
Seueri Imperatoris nemine Tyrānorū ulciscente Deo  
ait bonum. atq; utilem filium reliquisse. Sed uel eos si-  
ne liberis e vita decessisse: aut tales reliquisse: ut huma-  
no generi utilius fuisset: non esse natos.

**D**ecipi vulgus erga Tyrannos. Cap. xxxiv.

**V**ERVM Ignobile vulgus: atq; stolidum  
non has Tyrānorū miserias animaduertit:

Sed opes: Aurum: vestes: argentum: famulantiū cateruas  
obstupescens exteriorem ornatū intuetur. Non enim  
intelligit quot exagitentur malis. Sed nihil a pueris di  
stat qui cum sceleratos in Theatris nonūq; amictu au  
reo circundatos: Chlamydeue purpurea induitos: coro  
natos: ac tripudiantes conspicunt: admirari: beatosq;  
existimare non desinūt: anteq; stimulis agitari: flagris  
cædi: ignēq; ex florida illa variaq; ueste emittere cōspī  
ciunt. Qua ppter Seneca isti inqt: quos pro felicibus  
aspicitis: si non qua currunt: sed qua latent: uidetis: mi  
seri sunt: sordidi: turpes: ad similitudinē parietū: q ex  
trinsecus culti: intrinsecus uero inculti sunt. vnde Hie  
ron apud Xenophontē haud pfecto admirare si in ty  
rannide iudicanda decipitur. Quippe vulgus secundū  
ea: quæ oculis subiecta sunt: de felicitate hoīs uel miser  
ia iudicat. Ipsa uero Tyrānis eiusmodi est ut ea: quæ  
optima: pulcherrimaq; putatur: oīa ponat ante oculos  
quæ aut̄ grauia molestaq; sunt: in Tyrānoꝝ mētibus  
recōdat: vbī pfecto sita est miseria hoīs atq; felicitas.  
Quare vulgus ut modo dixi) nequaq; mirū est si deci  
piatur. At uero sapientes si in hoc errat: qui plus men  
te: q oculis uidere solēt: magnopere admiror. Ego pla  
ne doctus experientia rerū hoc tibi affirmare possū:   
bonorum quidem partem minimā Tyrannos habere.  
Magnorum autem malorum plurima subſtinent.

¶ Testes de Tyrannorum Miseria. Cap. xxxv.



DSVNT Et testes fidedigni. & quidem  
eorum: qui Tyrannidem experti sunt: de  
H ii

Tyrannorum miseria . Alcibiades . Themistocles . Pe-  
ricles . Aristides . Anibal . Camillus . Q . Metellus .  
Scipiones . Rutilius . Cesar . Pompeius . M . Antonius .  
Lepidus : multiq; præterea ex præscis: & nostris locu-  
pletissimi testes sunt de Tyrānorū miseria . Nā q̄uis  
Syllam felicē post mortē dixerint ; ipse tñ a felicitate tā-  
tum absuit : quantū crudelitati p̄pinquis fuit : nihil  
enī accidere sibi potuit infelicius : q̄ malefaciendi fa-  
cultas ; ac libido . Quibus infelix habitus est .

¶ Tyrānos mala morte finiri . Cap. xxxvi.

**B** ST Et alia miseria : ut occidantur ; vnde  
Alexāder Pheræus cū ob Tyrannidē oēs ha-  
beret suspectos : tamen ab uxore ob metum  
Pellicis interfactus est : ac eius cadauer a cí-  
uibus tractum ; ac dilaceratū est . Polycrates Samiorū  
Tyrannus : cū nihil unq̄ aduersi sibi contingisset : tan-  
dē in montis vertice crucifixus est . Alexander maior  
cū Regno potiretur cum fratre per insidias Eurydicę  
matris occiditur . Philippus post multarū vrbīū gen-  
tiūq; excidia : post defatigatū sanguine ac cædibus ani-  
mū olympiadis uxoris opera ab adolescentे Pausania  
interfactus est . Cadualus Lydorum Rex uxoris frau-  
de periit . Xersem Persarum Regem bello aduersus  
Grætiam infeliciter gesto in patriā reuersum Artaba-  
nus præfectus . admodū regi fidus iteremit : ut sit illud  
Iuuenalis uerissimum ; ad generū . Cereris sine cæde : &  
vulnera pauci descendunt Reges : & sicca morte Tyrā-  
ni : & Cicero in secunda Phisica præclare ait te miror

Marce Antonii: quorum facta imitariis eorum exitus  
non perhorrescere.

EOS NECARE TYRANNOS QVOS  
naturali iure defendere debent. Cap. xxxvii.

**E**T Quod omnium infelicissimum est Tyrannos cogi eos necare: quos naturali iure defendere debent. Dionysius iunior Siciliæ Tyranus: qui postmodum pueros docuit Corynthi: cū maiore fratribus natus a militibus ad regnum assumptus esset. Primo auunculos: tum uero fratres et medio substulit. Ptolemæus ægyptiorum Tyrannus cognomento philopater: parentibus imperfectis: addita etiam fratris: ac sororis cæde. Tyranide potitus est. Nicomedes Bithyniæ Rex patrem regno expoliatum interemit. Ptolemæus alter ægyptiorum Tyrannus cū ppter multipli-  
ces crudelitates: quibus in multos graffatus fuerat; timeret ne populus maiorē natu filium odio sui: regno præficerent; illū uita priuauit. Alterū Iuniorē filiū ex Cleopatra uxore: eadēq; sorore genitū die natali in membra disceptū inter Epulas: & conuiuia Cleopatræ ob tulit. Eucratides bactrianorū Tyrannus: cū ab Indis vīctor rediret: faceretq; filium Regni participem: ab illo interimitur. Phrahates Parthorū Tyrannus cum a patre Orade solus ex. xxx, fratribus adscitus esset: quasi nephas duceret absq; nephario facinor imperare: pri-  
mum patrē admodum senem: tum fratres oēs occidi imperauit. Deinde superiorū cladibus addidit filii adulti necem: ueritus ne obtantorū scelerū inuidiā Rex a po-

pulo constitueretur. Sanctius quartus Hispaniae Rex patrem suum Alfonsum decimum a Germania redeū té: occupato regno nō admisit: quatuorq; hominū mīlia trucidari iussit: q; in tumultu quodā Alfonsum frāris sui filium regem appellassent. Et ne longe exēpla petamus Turcarum tyrannus: cum primum regnum peroccupat: oēs fratres necat. Maurorum tyrāni cum primum in tyrannidem succedūt: oēs fratres excæcāt. Alfonsus tertius Rex Hispaniae quatuor fratribus oculos eruit. Quamobré Phalaris non iniuria inquit: periculosius esse deponere tyrānidem q; occupare. Sen tīc; ita de tyrannide: quemadmodum de ortu & uita: neq; enim homo si fieri posset: ut anteq; homo nascere tur: quæ nam mala passurus esset: audiret: nasci unq; uoluisset: neq; priuatus: qui tyrānidē studeret: si illius intelligeret calamitates: Tyrannus potius q; priuatus esse uellet: & alibi inquit. Aggrederi enim tyrannidem appetentis est: desistere autem minime: propter multa: quæ a tyrāno iniuste cōmittuntur. quemadmodum Sagittarius: cum primum sagittas emiserit: non amplius habet eas reuocandi potestatem.

**C**Priuatā vitā eligibiliore esse tyrānica. cap. xxxviii.



V A M Ob causam hominē non nasci: & priuatū q; tyrannū utilius esse inqt: & ad filium scribens ait: uerū si recte sapis: ab eo: quē tyrannidis pœnitēt: sententiā accipies: qui nō spōte: sed coactus hāc sibi uitā delegit: qui tyrānidē expertus: Tyrāno subiectus: q; tyrānus esse mal-

let. Ille enim unū dūtaxat tyrānū formidat: aliis īcō  
modis liber: Tyrannus aut & qui extrinsecus īsidias  
moliūtur:& qui se custodiūt: timet. Necesse nāq; est :  
ut in formidine & miseria ipsos primū uereatur custo-  
des. Idē Apollinis oraculū testatur : nā cū Giges Rex  
Lydorū : qui sibi præ cæteris fortunatissimus uidebat  
Apollinē cōsuluisset; Quis eo tēpore felix esset: contē-  
psit oraculū tyrānicas opes: atq; apparatus:& Aglaū  
quēdā Arcadē paruuli ruris cultorē: q metas sui agelli  
nūq; cupiditate excesserat: felicē iudicauit. per quæ pri-  
uārā uitā tyrānica meliorē esse patet. Valerius Maxi-  
nullū Imperatorē: nec diuū Augustū inter felices po-  
suit: Sed priuatū ciuē Romanū. Q. Metellū: ut nulla  
dubitatio nobis oriatur: nō in tyrānis: Sed in priuatīs  
uirīs aliqñ felicitatē esse repertā. Hanc & Lucianus in  
suo menippō sententiā pbat: Menippus enim cū ado-  
lescens legisset apud Homerū Hesiodūq; & alios poe-  
tas: Deorū bella adulteria: furta: rapinas: stupra: aliaq;  
huiusmodi mala facinora: credebat ea licita esse: atq;  
honestā qñ Deorū exēplo atq; auctoritate cōprobaren-  
tur. Deinde adoloscētiā egressus: cū audisset ea a legū  
latoribus tāq; inhonesta & turpia suis sanctionib; s p-  
hiberī: incertus animi utri rectius sentirent: philoso-  
phos adiit: ut ab eis sciscitaretur: quę nam esset uita op-  
tima: sed cum illos quoq; cōspiceret admodū sibi ipsis  
dissentientes . Nam ii uoluptatem: ii uacuitatem do-  
loris: uirtutem alii: quidam animi: corporisq; & for-  
tunæ bona uitam beatam efficere uolunt: in certior  
multoq; antea ac diffisus uirorum sapientia mortuos  
consulere decreuit: Igitur ad īferos penetrauit.

Sciscitaturq; a Tyresia: qui & ipse Rex vatesq; ac diuinator fuisset sententiam quam quærebat: at ille primo cū id nephas esse scire respondisset: tandem mollius Menippí uerbis ad aurem susurrans: apud priuatós uiros optimam & felicem uitam inueniri dixit.

**C**Q; priuati homines in his quæ ad sensus pertinent:  
Tyrannis superiores sint. Cap. xxxix.

**N**EC Solum in iis bonis: quæ ad animā attingent: priuati homines Tyrānos exuperāt. Sed etiam in uoluptatibus: & ut ab oculis: uisuq; incipiām; in quibus non parū delectationis est: non ne Tyranni priuatis hominibus inferiores sunt: Nam cum multis in locis multe res sint: asperitu dignæ ad eas uiscendas priuati homines suo arbitrio proficiscuntur. Itaq; & ciuitates quasi libet adeunt: & conuentus: & ludos: ubi res miræ sunt: pulcherri- mæq; aspectu. Tyranni uero: nequaq; ita: neq; enim illis proficisci tutum est: ubi præsentibus non sunt potentiores futuri: neq; arces: quas domi possident: relinqueret: ne simul & regno spolientur: & potentia ulci scendi eos: qui spoliauere. At uero dicet quispiam uenient illis hæ res: & domi manentibus. Ita Hercule. Sed pauca ex multis: & hæc summo pretio emuntur a Tyrannis. Nemo enim defert quicq; ostendendi gratia qui non multo plura a Tyrannis breui tempore petat: q; a reliquis hominibus omni uite spatio accæperit. fortasse uidebuntur Tyranni priuatis hominibus superiores esse in iis quæ ad auditum spectant: nā laudes Cquod

Quod dulcissimum est audire continuo: nec quisque est  
in eorum conspectu: qui non oia: & quaecunque dicunt:  
& quaecunque faciunt: summo cum studio conetur extol-  
lere. Iurgia quoque re auribus amarum nunquam audiunt.  
Quis enim presenti tyranno auderet maledicere. Sed  
nec in iis tyranni felices sunt: cum sciant oes qui tacet:  
de se male sentire. Laudantes uero: suspectos esse: ne  
assentando id agant. Sunt insuper laudes illae dulcissi-  
mae (ut Simonides inquit apud Xenophontem) quae  
ab homine liberrimo audiuntur. De duabus autem: quae  
maximae habentur: gustus: atque tactus uoluptatibus  
taceo: nam dum in iis belluiniis uoluptatibus maxime  
excellunt: maximae belluae habendi sunt. unde Aristo-  
teles qui uitam pecudum eligit: omnino pecuini sunt.

**C**Q: In re pacis bellicque priuati homines Tyrannis  
superiores sunt. Cap. xl.

**S**VNT Insuper priuati in re pacis: bellicque  
Tyrannis superiores: quae non minimam bo-  
norum partem affirmant esse. Nam pacem ma-  
ximum bonum: bellum uero maximum malum  
esse censetur. Priuati enim nisi ciuitas sua publice bel-  
lum gerat: quocunque uelint secure proficiuntur: nec  
est illis uerendum ne a quopiam trucentur. Tyran-  
ni uero: tum maxime inter hostes esse arbitrantur: cu  
ad ciuitatem suam reuenere. Sin autem ciuitas bello pre-  
matur: tunc solum priuatis periculum est: cum extra  
menia sunt: cum uero in urbem se recædere: nihil est  
amplius timendum. At Tyrannus neque extra urbem

turus est: neq; in vrbe. Sed tunc maxime sibi putat ea  
uendum. Item cæteros homines & pax & induitæ li-  
berant bello. Tyranno autem nec pax: nec ullæ indu-  
itæ possunt esse cum subditis. Quippe cum Tyran-  
nis ipsa talis sit: ut patriam quoq; odio habere cogat:  
neq; enim latto vultu aspicere potest Tyrannus ciues  
suos: uel bene armatos: uel magno ingenio præditos:  
sed extraneos q; ciues præstatores uidere cupit: illosq;  
ad sui corporis custodiam habet. Odit etiam agrorum  
fertilitatem: ne ubertate rerum elati ciues: difficilius  
iugum seruire patientur.

## PRIVATIS INFERIORES ES se Tyrannos & in vigilia & in Somno.

Cap. xli.

**N**E C In re pacis solum Tyrani priuatis infe-  
riores sunt: sed in vigilia quoq; ac Somno.  
Quippe cum semper tanq; carcere clauso: ac  
ceco nulla euadedi spe detentí: scelestæ custo-  
diantur uita: nam q;vis interim conuiuentur: negocien-  
tur: donationibus: & delectationibus oblectentur: op-  
timasq; negligat disciplinas. Nihil tamen a noxiis di-  
stant: qui in uinculis ad ultimum seruantur suppliciū.  
Nam & ii quoq; aliquando fune super capite pendete.  
Ludunt: cantillant & ociantur. Vnde quemadmodū  
Simonides ludens aiebat: argentí se arcam semper in-  
uenire plenam: gratiarum uero uacuam: ita Tyrani:  
si recte suam perpenderint uitam: confessim ob-  
uoluptates gratia uacuam speq; destitutam reperiunt

timore uero : tristia iniucundaque recordatione : ac in futurum suspitione : perfidia uero ad presens semper cumulatam inueniunt . Nec recordatione malorum Tyranni in vigilia cruciantur solum . Sed in Somno quoque & enim Somniorum terriculamenta diurnaque spectra : necnon oracula : atque portenta : & quaecunque homines diuino accidere nutu opinantur : horrorem : ac timorem : his : qui sceleribus obruti : sibiisque ipsis conscienti sunt : incutere consueuerunt . Quemadmodum aiunt Apollodorum : aliquando per Somnium se a Scythis excoriari in frustaque concidi conspexit : cor uero ex Lebete loquens : ac dicens : Ego horum tibi causa sum . Et iterum filias igni flagrantes : totoque corpore succensas : per gyrum ipsum circumfiliare . Hipparchum Item Pisistrati filium Paulo ante obitum Venerem ex phiala quadam sanguinem sibi in faciem spargere . somniasse narrant . Ptolemaei uero Tyranni amici : ipsum a Seleuco in iudicium rapiti uiderunt : vulturibus . Lupique iudicantibus : & causam cognoscentibus : carnesque passim hostibus distribuentibus . Paulanias quoque Bizantii . Cleonicen liberam stupravit virginem : quam : cum noctu quandam ob causam emisisset : reuertentemque terrore : ac suspitione corruptus : peremisisset : eam Sæpius in Somnis assidentem : ac dicentem uidit . Adhuc iudicio : mala res iniuria ualde est : cumque phasma haud desisteret : sed assiduis illum terroribus perturbaret : ac molestaret . Heracleam ad animarum nauigauit expiatione placatisque nonnullis inferiis . Puellæ aiam euocauit : quæ cū in cōspectu uenisset : sine malorū fututā .

prædixit. Quare: si dicere fas est: licet flagitiis: perdi-  
ti: ac facinorosi Tyranni nec Deum: nec hominem ali-  
quem haberent ultore: pernitosam tamen ipsorum uitam  
omni prauitate: impietate: ac scelere corruptam: refertam:  
& cōtaminaram satis superq[ue] (ut Aristoteles ait) ad  
se ipsam plectendam ac torquendam sufficere arbitror.

QVOT di TYRANNORVM AMOR  
& beniuolentia erga domesticos: quos amant nequaquam  
firma sit. Cap. xlvi.

**S**UPER Etiam: quod maxime dete-  
standum arbitror. Tyranni nullum amant  
& quem aliquo tempore obseruant: ac ad-  
mirantur: alio quoq[ue] summo odio prosecun-  
tur. Sepe etiam qui heri placuit: hodie displaceat. Immo  
(ut Verius loquar) qui mane erat Carus: vespere ut  
hostem oderunt. Quis vir ingenio ac virtute prædi-  
tus in Tyrannis sperare debet: in quorum amore nec fer-  
ro nec plumbum: sed fragili admodum cera fixus habeatur:  
quam uel refrigeratus amor excuciet: uel ira feruor  
eliquabit: ut enim oculus parua festuca turbatur: sic  
Tyrannorum gratia offensi uncula uel minima: inter-  
dum etiam nullo criminе perditur. Adeo enim apud Ty-  
rannos delatorum uoces ualent: ut amicos: quos ad sum-  
mum prouexerant: postea hostium loco habeant. Apud  
Tyberium Neronem claudiū tam carus Seianus fuit: ut  
Imperatore apud Capreas cum grege Caldœ sedente  
solus hic Imperium administraret. Hic postea uincere ty-  
ranni Epistola captus est: & per urbem unco ductus ad

spec̄culū in Tyberis r̄ipa truncatur : & oēs statuē:  
quæ eius erant: ex capitolio deiectæ sunt. Clitonē Ale  
xāder suæ nutrīcī filium alioqui carissimum q̄ ausus  
fuerit Alexandri laudes uirtutibus Philippi patris cō  
parare: propria manu interem̄it . Extat nostri tēporis  
exēpla admodū innumera: quæ ne alicui detraxis se ui  
dear: cōsulto prætero. De magno uero Regni Apulię  
Senescallo: quia tuta in mortuos repræhensio est: me  
dicere phibebit nemo. Hic apud Reginā Ioannā cariſ  
simus fuit: cuistupris sese insinuauerat. At Tyrāna cō  
uerso in aliū amore: percussores ad illū noctu transmī  
sit: quo mortuo: alios sibi cōcubinos substituit. Vnde  
siquis in Tyrāni gratia perseverare uoluerit: ad quæ  
uis Tyrāni imperia oportebit esse paratū: ut adire bel  
la: per latrones: crassatoresq; trāsire: per maria nauiga  
re: in peste permanere: in mille capitīs pericula incide  
re: iūstū: iniustū ue exeq mandatū: ridere ac flere cū ty  
rāno: laudare: quē laudat: uituperare: quē uituperat:  
nulla tibi in uerbīs: aut in operībus libertas supererit.  
Addo illud Socratis in Libro de Regno tyrāni. Nemī  
nē nisi in cōsulto quodā impetu diligūt: & si quē amāt:  
nō ut amicū diligūt: sed eo modo amāt quo & canes: &  
equos diligunt: ut fructum inde suscipiant .

AN LICEAT IMPVNE OCCIDE  
re Tyrannum: hic disputatur. Cap. xlīii.

**S**ED Cum ex iis: quæ diximus: pateat inter  
eos: qui Reipu· nocēt: maximū prædonē: ma  
ximū crassatorem: maximū homicidam: ma-

ximum iniuriarū illatorē cunctos lādētem: esse Tyrānum: morales Philosophi asserunt non modo licere ipsū e Rebus pū: abigere fugareq; : uerum etiam illius interfectorē maximī boni causam esse. Quam partē Britanicus uir meo iudicio doctissimus iis quæstionibus : quas in Libris politicorum Aristotelis disseruit: probauit. Vnde Hermippus Philosophus interrogatus. Si liceat impune Tyrānū interimere: aut fugare: Respondit: si belluas pro usu hominū licet impune occidere: quāto magis tyrannū: qui belluarum pernitiosissima: & minacissima est: pro cōmuni omnium proborum uirorum bono & interimere & fugare licebit: hanc ob causam boni ac iusti Philosophi tradiderunt: cum Tyrānus intolerabilis sit: ad fortium uirorū uitutem pertinere illum interimere: seq; pro cōmuni hominū liberatione morti exponere. Hac de causa Hercules Diomedē (ut diximus iā) Thratiae Tyrannū e Regno pepulit: & Busyrim ægypti tyrānū interfecit. Sic & gestorū Herculis emulus Theseus plerosq; facinorosos tyrannos: truculentissimoq; necauit. Romani etiā e quibus uirtutū omniū exempla sumēda sunt: in credibili studio: summaq; impensa. Cūuitates atq; prouintias a Tyrānis liberarunt: & nō modo: externas: uerum etiā propriā. Nam Tarquinīū superbū: quē regē creauerant: cum regiā potestatē in tyrannidē conuerterisset: e regno fugarunt: substituta postea cōsulari potestate. Eadem ratione Domitianum: qui modistissimis Imperatoribus Vespasiano patri: & Tito fratri successerat cum Cæsaream Maiestatem in tyrannidē cōmutasset: atrociter interemerunt. Sicq; complures

alios simili ratione necarūt. Nec desunt exempla in sa-  
cris. Nam Aiothus quidam (ut aiunt) Eglon Maobi  
Regis fœmur sica transegit: q̄ regiam gubernationē  
in tyrannicā permutasset: ex quo postea populi iudex  
factus est. Verū non desunt: qui contrariū probent:  
moti profecto sacrorum uirorū præceptis: quibus tra-  
dītum est: non bonis tantum: & modestis verū etiā di-  
scolis dominis reuerenter esse parendū. Cui rei nō de-  
sunt exempla in sacris historiis cōmemorata. Legitur  
enīm in sacris Regū historiis eos fuisse occisos: qui Ioā  
Regem Iuda interemerunt: q̄uis tyrannus esset crude-  
lis. Quā partem Thomas ille Aquinas uir omnium di-  
sciplinarum peritissimus probat tum exemplis: tum sa-  
crorum uirorum auctoritatibus: que recensere longū  
esset: verum quid in tanto quēsito diffiniendum sit: nō  
parum difficultatis cernimus. Iuniores tradunt: eos  
qui asserunt tyrannum occidēdum esse: loqui pro mo-  
re Philosophorum moralium: qui tyrannum publicū  
ciuitatis hostem esse contendunt. Nam si tyrānus pu-  
blicus homicida: publicus iniuriarum minister sit etiā  
publicus ciuitatis hostis est habendus: & si publicus ci-  
uitatis hostis fuerit: quis dubitat: eū & abigi: & necari  
impune posse? hoc profecto modo Aiothus tyrannū  
interemīt: non enim eum necauit: quo Reipub. gu-  
bernator: sed quo ciuitatis hostis publicus erat. Qui  
vero dixerunt Tyrannum non esse occidendum pro  
Christiano rītu eos locutos esse tradunt. Qui im-  
pium ex diuina prouidentia propter populi Scele-  
ra dominari asserunt. Nam qui Tyrannicas hu-  
iustodī tristitias perpetuentur: apud Deum non

paruam gratia habere creditum est : nec sanctissimi  
uiri soli rem hanc ita esse tradiderunt . Sed etiam gen-  
tiles : quosdam enim ut Plutarchus inquit numen ne-  
gligit. Ideoq; parcit : ut cum sceleratis flagitosos ple-  
ctere ualeat: quemadmodum Democenis per oraculum  
demonium respondit . Inde uero illos quoq; conterit:  
ac funditus tollit : ut opinione mea cōpluribus euenit  
Tyrannis. Quemadmodū enim Hyenæfel : phocæq;  
coagulū: ac feræ aliæ q plurimæ: quiddā salubre ægri-  
tudinibusq; humanis utile in se continent . Ita quibus-  
dam qui frœno aduersioneq; indigere uidentur. Deus  
amaritudinem quandā tyranni inexorabile: uel sequam  
Principis cuiusdam asperitatem inmittit: nec prius ab  
afflictione ac perturbatione desistit: q ægritudinē om-  
nē expullerit: penitusq; morbū purgauerit : tale Acra  
gantinis Phalaris . Romanis uero Marius erat . Phar-  
macum . Alii discordiam tantoru uiroru hoc pacto se-  
dant: nā qui uolunt tyrannum : qui publicus ciuitatis  
hostis est: esse occidendum: intelligunt publica aucto-  
ritate: qui uero asserunt nō esse interimendum : uolūt  
non esse necandum a priuata persona propria auctori-  
tate . Nemo enim priuata auctoritate potest tyrannū:  
aut sceleratum hominē quantū uis prauū interimere.  
Nos autem de huiusmodi quæsito ita distinguimus :  
q; tyrannus sit alius publicus ciuitatis hostis : ut cum  
aura populi: aut nobilitatis ppter factionē: aut dissen-  
sum ui Rempu . occupat . Alius uero qui electione: aut  
successione Rex electus: regiam potestatem in tyran-  
ni dem præter leges conuertit . Tyrannū: qui primā ra-  
tione Rempu . occupat unaquęq; Reipu . persona inte-  
rimere

timere potest : non quidem tanq; priuata : sed tāq; publi  
ca persona ueluti in iusto bello miles quiūis ducem ad  
uersi exercitus impune necare potest . Quo pacto lau  
darunt Chloeliam virginem Romanam q; Porsenam  
(ut nōnulli aiunt) Hētruscorum Regem interemerit :  
qui Romā obsidione premebat . Tyrannum uero : qui  
successione : aut legitima electione Rex creatus est : pri  
uata persona nulla abigere : aut interimere potest : ubi  
tamen ad ius alicuius Reipu . attinuerit de Rege proui  
dere : non iniuria potest : si Tyrānus euaserit . Respu.  
illa ant deponere aut abigere aut necare . Quam partē  
Thomas ille doctissimus probat . Nā licet (ut inqt)  
eum in regem Iureiurando recæperint : poterunt tamē  
ipsum aut deponere : aut abigere : aut necare . Si cōtra  
pactum Regiam potestatem in Tyrānidem cōmutauē  
rit . Et hunc in modum Romani Tarquiniū superbū  
propter suam atq; filiorū suorū Tyrānidē e Regno fu  
garūt : & Domitianū ac complures alios Tyrānos inte  
remerunt . Simili ratione si Ius de prouidēdo rege : aut  
dño : attinuerit ad aliquē superiorem : ab eo auxilium  
petendum est : contra Tyrannū . Hoc pacto cōtra Ar  
chelaum : cum cœpisset paternā tyrānidem exercere  
in Iudea : auxilium subditū a Cēsare Augusto petierūt .  
Qui cum deposito regio nomine potestatem diminue  
ret : regno duobus fratribus diuīsit : deinde cum nec sic  
a tyrānide compesceretur . Archelaus tandem a Ty  
berio Cēsare in Exiliū apud Lugdunum Galliæ vrbē  
mittitur . Quod si Tyrannus intolerabilis fieret : &  
nec Rēmp . nec personam superiorem habuerit ad quē  
ius attineat quid a subditis agendum sit ; non facile est

K

definire. Morales Philosophi asserunt esse aut fugandum; aut interimendum. Nam eo ipso quo Regia potestatem in Tyrannide conuerterit. Rex amplius non est. Sed mox publicus Regni: aut ciuitatis hostis evadit. Contra quem vnaquaque persona publica auctoritatem habere uidetur. Quin immo fortium viroq; officium esse autemant. Si ut eū occiderint: mortis periculis se exposuerint. Quam partem doctissimus ille Ciceron Officiorum Libro tertio elegantissime his uerbis prosequitur. Nam quod Phalarim attinet: per facile iudicium est: nulla est enim societas nobis cum Tyrannis. Sed potius summa distractio: neque est contra naturam spoliare eum: si possis; quem honestum est necare: atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim ut membra quaedam amputantur. Si & ipsa sanguine: & tamquam spiritu carere cooperunt & nocent certe ris partibus corporis. Sic ista in figura hominis feritas: & inmanitas belluarum: a communione tantum humanitatis corporis segreganda est. At qui Christiana Religionem: a pietate sequuntur: tradunt cum aduersus Tyrannum: humanum auxilium haberiri non possit: non esse occidendum: aut fugandum. Sed ad Deum esse recurrendum: qui est Rex omnium Regum. Nam creditum est a uiris sanctissimis cor Tyranni crudele ab ipso Deo in mansuetudinem conuerti posse: esseque in eius manu: ut ipsum veritat: quo uoluerit: hoc pacto Deus precibus subditorum crudelitatem Assueri Tyranni in mansuetudinem: & impietatem Nabucodonosoris ad religionem mutavit: Pharaonem uero Tyrannum: qui aduersus Iudeos

exercitū ingentissimum parauerat : in mare deiecit .  
Quamobrem Thomas ille doctissimus tradit summū  
præsidiu aduersus Tyrannum esse : ut subditī a sceleri  
bus cessent . Quippe cum propter scelera (ut diximus )  
Impii regnent . Hinc per facile delentur quæstiores om  
ne · quas · M · Tullius Libro Epistolarum nono ad Atticū  
cum scripsit : quæ sunt . an manendum sit in ea patria : in  
qua Tyrannus dominetur . An id agendum sit : ut om  
ni modo Tyrannidē nomē aboleatur : q̄q̄ ob id ipsum  
tota Respublica est periclitatura . An is q̄ Rem : p : a Ty  
rannide sit liberatus : cauere debebit : ne quid ipse ma  
li patiatur . An succurrendum patriæ sit magis : cū est  
a tyranno oppressa : q̄ cum est ab hostibus obfessa . An  
Politico uiro quiescendū : longeq̄ secedēdū sit a Patria  
in qua Tyrannus dominetur . An in omnē periculo  
rum genus eundum sit : dum a Patriæ libertatem  
perueniatur . An bellum superinducendum sit . Va  
standaq̄ Ciuitas : quæ a Tyranno est oppressa .  
Quot si minime probauerit . Tyrannidem bello sol  
uendam esse : an cum optimatibus consentire de  
bebit . An cum beneficis : & amicis simul in Re  
publica periclitandum sit : q̄q̄ illi minime uidentur  
recte de Republica consuluisse . An is : qui magna  
in Republicam beneficia contulerit : ob eamq̄ rem  
in maximas calamitates inciderit : & grauissimas ho  
mīnum inuidias pertulerit : ultro pro Patria periclitari  
debeat . An consulendum ei sit : sui : ac suorum : suarūq̄  
rerum domesticarum tantummodo curam habere : &  
Rem : p : ipsam regendā cōmittere . He sunt quæstiones  
M · Tullii ad Atticum : quas omnes : ut arbitror : ipse

ad partem affirmatiuam soluēdas esse putat. Nam cū  
Respu. Romana ex ciuili bello Cæsaris & Pompæi cō  
flictaretur: arbitrareturq; ex parte Cæsaris victoriam:  
has quæstiones ad Atticum scripsit: ut indicaret se fa  
cturum; ea quæ harum quæstionum pars affirmatiua  
decernit. Arbitror enim Ciceronem per quæstiones hu  
ijsmodi ea remedia indicasse: quæ vir bonus. ac poli  
ticus aduersus Tyrānū psequi debet. Verū ex iis que  
diximus perspicuū est. Quarū quæstionū pars affir  
matiua. Quarū ye negatiua sit afferenda. Hactenus  
de Tyranno.

EIVSDEM AVGVSTINI NI  
PHI MEDICAE DE REGE  
PROEMIVM.

**G**IMVS De Tyranno. Tyrannideq;  
ipsa. Nunc de Regno: ac Rege differendū  
est. Primo tamen quot modis Rex dicatur:  
accipiamus: ut intelligatur de quo Rege no  
bis discutiendum sit.

QVOT MODIS REX DICATVR  
& de quo Rege sermo sit. Cap. Primum.

**R**EGIS Itaq; plura (ut Aristoteles inquit)  
genera sunt. Vnū quidem est Regia aucto  
ritas: quæ est belli perpetua: que interdum  
per genus: aliquando per electionē obtine  
tur: & Rex ob pacto apud Lacedæmonios secundum

leges maxime esse uidetur: non enim potestatē habet omnium. Sed cum extra regionem egreditur. Imperium habet eorum: quæ ad bellum pertinent. Præterea sacrificia; deorumq; cærimoniae ei cōmisſe erant. Quo fit ut hæc Regia potestas quasi auctoritas sit in bellis perpetua: quippe quæ nec vitæ nec necis potestatem habeat: nisi ut apud antiquos. etiā fuisse traditur: dum bellū gerebatur. Quod Homerus ostendit. Nam Agamenon in concionibus iurgiis uexabatur. Sed cum a Concione dīgressus in prælio erat: occidi habebat potestatem. Ita enim inquit. Quem ego procul a pugna fugientē conspexero: nūl sibi sat erit fugare Canes: & Aues. Nam penes me occidendi potestas est. Est insuper aliud Regum genus: qualia sunt apud quosdam Barbaros Regna: quæ Tyrannidī uim proximam habent: licet & legitima sint: & secundum morem patriæ. Quatenus enim nationes Barbarorū ad seruiendū magis: q̄ Italorū Græcorūq; aptæ sunt: & earum quæ Asiam: q̄ earum quæ Europam incolūt (Quippe cum seruile lugum æquo animo perferant) huiusmodi Regna Tyrânica sunt. Quatenus uero morib; & legib; consistunt Regia: per hoc enim qđ morib; & legib; consistunt: securitatē habent. Regesq; a ciuibus custodiuntur: ac uolentibus imperitāt. Tertium uero genus est: vt antiquitus in Græcia fure: quos uocabant. Esymnetas: & hæc potestas: ut simpliciter dixerim. Tyrannis est: differt tamē a barbarica: non eo qđ non secundum leges: sed eo qđ hæc per electionem: barbarica uero: per successionem. Durabat autem huiusmodi Esymnetia: aut eo uiuente: ue

luti apud Venetos Princeps : aut sinebatūr tempore  
quodam definito : rebus gestis : quarum causa eligeba-  
tur : ut dictatura . Q . Cincinati apud Romanos : quæ  
sedatis Romæ seditionibus finita fuit : qualem elege-  
runt quandoq; Mityleni Pittacum aduersus suos exu-  
les . Qua ratione fit : ut hæc partim Tyrannica : par-  
tim Regia sint . Quo quidem dominationem habent .  
Tyrannica : quatenus uero per electionem : & uolen-  
tium . Regia sunt . Quartum genus Regum est : qua-  
les erant Heroicis temporibus Spontine . Secundum  
morem patriū : & legem . Propter beneficia enim a  
prīmis collata in populos uel per artes : uel per bel-  
lum : uel propter congregationem in unum : uel pro-  
pter acquisitionem regionis delatum fuit eis Regnum  
de poplorum uoluntate : & successoribus Patriæ .  
hienim & imperium habebant bellū : & rei diuinæ cul-  
tum exercebant : nisi talia essent sacrificia : quæ sacer-  
dotium requirent . Et præterea de controversiis iudi-  
cabant . Ethoc faciebant Alii quidem Iureiurando pre-  
stito . Alii uero sine Iureiurando . Erat autē illis Iusiu-  
rādū per sceptri eleuationem . Quintum deniq; genus  
est : quando unus omnium habet potestatem in bel-  
lis : in controversiis . In Cæremoniis erga Deos : & in  
cæteris omnibus : quæ populo contingere possunt : ad  
gubernandæ domus exemplar ; vt enim gubernatio pa-  
tris familias est Regia quædam potestas domi . Ita Re-  
gia potestas est Ciuitatis & gentis unius : aut plurium  
quasi domestica quædam gubernatio . Harum pote-  
statum primam Philosophi uocauerunt Laconicam : q;  
apud Lacones locum primo habuerit . Secundā uero

Barbaricā:q̄ sic eā Grēci appellarint. Quartā Heroicā  
q̄ Heroum tēpore:ut in Aurea ætate : potissimū habe-  
batur: vltimā Basilicā:hoc est simpliciter Regiā:q̄ om-  
nī tēpore esse possit: maxime tamen:& præcipue:vt di-  
cemus:in ætate aurea,Rege igitur quinq̄ modis dicto:  
de Rege quinto modo dicto nobis sermo est .

**C**Differentiæ quibus Rex a Tyranno differt : ex qui-  
bus quid sit Rex deducitur . C A P . II.

**V N C** Quot:& q̄bus modis differat Rex  
a Tyranno adiiciamus : ut quid Rex sit de-  
ducatur . Differunt ergo primo q̄ Rex non  
sit : qui subditos in simpliciter bonis non ex-  
cesserit . Tyrannus autem esse potest : etiam si a subdi-  
tis:uel subditorū aliquibus in simpliciter bonis exceda-  
tur . Sunt autem bona simpliciter quidem animæ : ut  
uirtutes . Secundum quid uero : fortunæ : ut diuitiæ:  
honores:magistratus : & id genus : atq; naturæ : ut ro-  
bur:sanitas:pulchritudo:nō erit igitur Rex: nisi in his  
bonis subditos excesserit : quæ absolute bona sunt:hoc  
est quæ bona animæ appellatur . Secundum enim alia  
bona non simpliciter : sed quodāmodo subditos exce-  
dere uidetur : non enim per diuitias uel honores homo  
hoīem absolute excedere dicēdus est;nec per robur atq;  
pulchritudinē . Nā cū uerius qdē hæc oīa bona quo-  
dāmodo sint: Rex nō simpliciter . Sed aliquo pacto sub-  
ditos exuperare dicetur . Quare cū absolute bona sint  
aīæ bona quæ virtutes sunt:fit ut Rex nullus dicat:niſi  
in uirtutib; subditos excesserit:qd̄ Cyrus dicitabat:

Regnum nulli conuenire : qui his melior non sit : qui  
bus imperitat . Aristoteles etiam dicebat . Principe qui  
subditis virtute non praestiterit : seruum natura esse : vi  
lentia uero : aut fortuna Principem . At Tyrannus esse  
potest : qui solum in his bonis subditos exuperauerit : que  
quodam modo bona sunt : ut uel in diuitiis : vel in ho  
noribus : uel in potentia . Præterea cum Regia pote  
state malitia stare non debet . At cum quodammodo bo  
nis : ut cum diuitiis : honoribus : potentia interdu sum  
ma malitia conditur . Cum bonis autem animæ : ut cu  
virtute : nequaquam malitia coalescit . Quare Rex est :  
qui in animæ bonis subditos excellit . Vnde Dion phi  
losophus dicere solitus est : congruum uideri : ut qui in  
alios sit habiturus Imperium : ipse sibi prius imperet :  
per quæ declarauit Regem non esse : qui cæteros : qui  
bus imperat : temperantia : atque omni uirtute non excels  
erit . Rursum Rex a Tyranno differt : quod Rex secun  
dum leges : Tyrannus pro appetitu arbitrioque domina  
tur . Nam si Rex uirtutibus subditos excedit : quarum  
prima est Iustitia : quæ est nihil distribuere præter le  
ges : fit : ut secundum leges imperet . Tyrannus ue  
ro cum nihil nisi ad sui utilitatē agat : fit : ut præter le  
ges plerūque dominationem exerceat : modo ad sui bonū  
egerit . Insuper Rex custos esse uult : ut qui diuitias ha  
bent : nihil iniusti patientur : nec etiam populus contumeliis  
afficiatur . Tyrannus autem : cuad nullam cōmu  
nem utilitatē respiciat : oīaque gratia propria cōmodi agat  
facit : ut qui diuitias habet non unquam iniurias subeat : po  
pulusque contumeliis afficiatur . Vnde Plato optimus  
Princeps sic beatam ciuium uitam sibi præponere de  
bet :

bet; ut sit Ciuitas virtute honesta; gloria ampla: copiis  
locuples: opibus firma. Ideo bene Homerus de Ioue  
inquit: hominum pater atq; Deorum; sic appellans om-  
nium Regem. natura enim excellere Regem oportet:  
genere autem esse eundem: quod accidit seniori ad Iu-  
niorem: & parenti ad natum. Ad hæc Tyranni obie-  
ctum est: quod placet. Regis: quod honestum sit. De  
inde Tyranni bona quibus aliis præminent: sunt pe-  
cuniæ: ac diuinitæ. Regis uero uirtutes: & honores. Pro-  
pter hæc & Rex uolentibus: Tyrannus inuitis: atq; no-  
lentibus dominatur. vnde Socrates apud Platonem.  
Tyrannus eos quibus dominatur: in uoluntatē suam  
compellere ui: ac potenter nititur. Rex uirtute: ac libe-  
ralitate. Amplius & propter hæc regis custodia a ciui-  
bus suis est. Tyranni autem: a peregrinis mercede cō-  
ductis. Itaq; Tyrannus contra Ciues custodiā parat:  
Rex autem a Ciuib; custoditur. quippe cum Rex  
uolentibus: Tyrannus inuitis dominetur: per quæ pa-  
tet Quid Rex sit.

¶ Quibus animæ bonis Rex subditos excedere debet:  
& quibus non. Cap. III.

V M Iḡitur Rex sit qui in animæ bonis  
omnes subditos excedere debeat: expona-  
mus quibus animæ bonis. Sunt enim ani-  
mæ bona bifariam: quædam quæ ad intelle-  
ctum: quædam quæ ad appetitum pertinēt. ad intelle-  
ctum quidem ut scientiæ actiuaæ factiuaæ ue: quæ græ-  
ce practicæ dicuntur: & contéplatiuæ quæ græce theo-

L

reticæ appellantur: Ad appetitum uero: ut virtutes. Quia itaq; cum Regia potestate scelera: ut diximus: stare non debent: & cum animæ bonis quæ ad intellectum attinent: innumera interdum scelera coniunguntur: fit ut Rex in his bonis excedere debeat subditos: quæ ad appetitum spectant: cum his enim neq; scelus: nec ulla prorsus malitia in esse potest. Sunt autem secundū Aristotelē bona scilicet quæ ad appetitū spectat: honestas: iustitia: modestia: pietas: religio: fortitudo: prudentia: innocentia: clemētia: facilitas: mansuetudo: humanitas: liberalitas: magnificantia: magnanimitas: atq; temperantia: Quibus si literę: Musica: Gymnica: ac pictura ipsa aliqua ex parte coniuncta fuerint: Reges diuinam maiestatem redolebunt. Socrates uero apud Platonem in Alcibiade primo: hęc animæ bona quibus Reges subditos excedere debent: quatuor potissimum esse tradit: Sapientiam uidelicet: per quam sciant deos colere: atq; uenerari. Iustitiam: ut in omni uita iusti: atq; ueraces sint. Temperantiam: ne ulla cupidine superentur. Fortitudinem: ne cum quidpiam metuendum euenerit: serui fiant.

REX VNDE ORTVS.  
CAP .III.



OST Hęc unde Rex ortus sit dicamus. estenim apud priscos non una ratione traditum: sicut igitur Tyrannus originem habet a populo: ac multitudine contra nobili

tatem: ut populus a nobilibus iniuriam nō perpetia-  
tur: Ita Regia ipsa potestas: ut præstantes uiros: op-  
timosq; contra insolentem populum admodum tuea-  
tur; reperta est. Et ut Tyrānus exoritur ex populari-  
bus propter potentiam: aut propter diuitias: Ita Rex  
fit ex præstantibus aut propter uirtutum cumulum:  
aut rerum gestarum quæ sunt a uirtute: gloriam:  
aut propter excellentiam generis nam omnes qui  
maxima beneficia in ciuitates: gentesq; contulerunt:  
uel qui eam facultatem habuerunt ut conferre uale-  
rent: hoc honore potiti sunt. alii bello conseruatis  
populis: ne in seruitutem deuenirent: quemadmo-  
dum Codrus: alii a seruitute liberatis: ut Cyrus: alii  
q; cōdidissent urbem: uel q; regionem nacti essent: que  
admodum Lacaedemoniorū & Molossorum Reges.  
Amplius: vt Tyrannus interdum exoritur ex Re-  
gibus transgredientibus patria iura: atq; affectanti-  
bus magis dominari; Ita contra ex Tyrannis redu-  
centibus Tyrannica ad mediocritatem: atq; ad leges  
Interdum Rex fit. hunc inmodum Theopompus  
Rex factus est: hic enim Tyrrannidem magis ad  
mediocritatem reducens Ephoros superaddidit: pote  
state quidem minuens Regiam auctoritatem: sed tem-  
pore: atq; perpetuitate auges. Quibus perspicuum est  
primam regum originem (ut Diodorus deducit) fuisse  
aut Tyrrannidem: aut electionem.

L ii

**H**E ROVM Autem temporibus fuerūt Reges in terris plures In aurea uidelicet: quam ferunt: ætate: propter beneficia enim ut diximus: a primis collata in populos: uel per artes: uel per bellum: uel per congregationem in unum: uel per acquisitionem: aut occupationem regio nis delatum fuit aliquibus Regnū: & ex consensu quidem ac uoluntate populorum, successoribus uero: cū secūdum patrios mores instituta patris imitabantur, nam qui secus agebant: a populis interimebantur. Habebant autem huiusmodi Reges non omniū potestatem: sed Imperium belli: & rei diuinę cultum exercabant: nisi ut diximus: sacrificia talia essent: quæ Sacerdotium requirent. Præterea & de cōtrouersiis iudicabant: & hoc faciebant alii Iureiurando præstito: Alii sine Iureiurando. e rat aut ut diximus: illis Iusurandum per sceptri eleuationem. Huiusmodi Regibus fines Imperii tueri legibus sanctum erat: proferre autem cautum: Intra suam enim cuiq; Patriam Regna finiebantur: nec ultra progredi licebat Regibus: ne per milites noui Regni: subditos Regni antiqui: & per milites antiqui: subditos noui usurparent: atq; opprimarent. vt temporibus nostris in Asia: & Europa Reges faciunt. Primus autem omnium Nīnus Assyriorū Rex intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistē dum populos ad terminos usq; Libyę perdomuit. Fuit autem Nīnus Beli filius: & primus qui aureum sæculum uiciare coepit, nam post ipsum Tyranni emerse.

runt: pauci admodum Reges: nisi apud Hebræos:  
Molossos: atq; Lacedæmonios: apud quos (ut Aristoteles inquit) Reges longo tempore durauerunt. Cæteri autem Reges: qui in Asia Aphrica: atq; Europa hodie imperitant partim Reges: partim Tyranni esse uidentur: quo quidem legibus gubernant: Reges: quatenus uero pro arbitrio atq; appetitu: Tyranni. Sunt in super & alia rationes: ut superius diximus: innumeræ. vnde Aristoteles: non fiunt nūc amplius Regna: sed si qua fiunt: Tyrannides magis sunt, nam cum Regnum spontanea: liberaq; gubernatio sit: & eorum subditorum quibus Rex maior: atq; præstantior est: sit ut per raro Regna nostris temporibus spectemus. sunt enim hodie plurimis pares: neq; usq; adeo præcellentes: ut ad magnitudinem dignitatisq; huius fastigia cōscendere possint. atq; ex eo fit: ut sponte illi nō pareatur: Quare si decæptione quis: aut uic dominetur: liquet hanc esse Tyrannidem.

## ¶ Quomodo aucta Regna fuerint. Cap. VI.

**A**T Regna in principio exigua admodum erant: sicut illud Belli Nini primi patris: nō enim plura: q; unam Ciuitatem cum suis ruribus: oppidisq; continebat. Postea cōtra leges ruptis finibus in alias yrbes: regionesq; auctū est: adeo ut in Libyam usq; penetrans Ninus Regnū suum dilatauerit. Vexores autem ægypti: & Thanaïs Scythie Reges longinqua non finitima bella gesserūt: nam alter in Pontum: alter usq; in ægyptum excessit:

non tamen Imperium sibi : sed suis populis acqui-  
rebat : contenti enim uictoria: ac gloria Imperio ab-  
stinebant .

## NON ESSE EXPEDIENS OMNI- bus mundi gentibus unum Regem esse.

CAP. VII.

**V**ONIAM Pluribus uisum est omnes  
mundi gentes melius ab uno: q̄ a pluribus  
regibus gubernari : Iccirco addubitatum  
est : An sit id utilius: atq; humano generi ma-  
gis expediens: Qui enim Homerum secuntur? & Ari-  
stotelem: dixerunt esse melius atq; utilius , nam cum  
res nolint male disponi:at pluralitas Principatum ma-  
la sit: unum esse Principem & Homerus& Aristo-  
teles probarunt : Simili ratione cum gentes uni-  
uersæ noluerint male gubernari:a pluribus uero prin-  
cipibus male regantur : unum esse Regem melius sit  
nemo dubitare debet : qui uniuersum gubernet & re-  
gat : Exoriuntur enim ex pluritate Regum rixæ : con-  
tentiones : bella : hominum cædes : ingentes rapinæ :  
contra uero si sub uno Principe uiueremus : uigeret  
ubiq; terrarum pax optima: dulciq; concordia fruere-  
mur : huius rei nobis argumento est q; a mundi princi-  
pio ad tempora nostra usq; cunctorum hominum pa-  
cem nunq; fuisse historiæ tradant : nisi cum sub uno  
Cæsare Octauio Augusto gentes omnes uiuerent:  
Tunc enim iam templum clausum fuit : tunc sapien-  
tum Scholæ adauctæ ; tunc uirtutes claruere ; tunc na-

uigationes securæ : prædones : crassatores atq; rapaces fures cessarunt . Accedit q; quæ natura sunt : optima sint : cum Deus naturaq; ipsa semper ex iis quæ fieri possunt : meliora agant : atq; efficiant . constat autem naturale ipsum regimen ab uno esse : ut in membrorum nostrorum corporis gubernatione cernimus : in qua est unum principale uidelicet Cor : & in gubernatione partium animæ una præsidet uis : uidelicet ratio : & in uniuerso unus Deus : qui est una uniuersi prudenter . quare cum ea quæ artis sunt tunc bona : atq; utilia sint : cum imitantur naturam : necesse est tunc humanum genus optime gubernari ; cum ab uno Principe regitur : hoc enim modo gubernatio quæ ex arte est ; naturam imitari uidebitur , vnde & in sacris legendis Pastores multi demoliti sunt uineam meam . promissum etiam diuinum illud fuit : ut populo uniuerso constitueretur caput unum : atq; Princeps unus . Alii magnæ auctoritatis uiri uniuersis mundi gentibus nō esse expediens unum esse Regem tradunt . primo quidem : quia unus solus uix domum bene gubernare potest : non ergo ( vt Aristoteles inquit ) tot mundi gentes genere moribus uita ; ac legibus discrepantes . sunt autem nobis huic rei argumento Romani : qui cum fere totum orbem possiderent : illum pro maiori parte male gubernarunt . Deinde si unus solus Rex ueluti Deus in omni mundi parte esse posset : melius fortasse ab uno Rege : q; a pluribus gentes regi possent : At cum Rex regna per ministros gubernet : qui nec iusti oēs : nec boni sunt : fit ut melius a pluribus : q; ab uno Rege mundi gentes gubernentur . Astipulatur

autem huic experientia · nam ea ciuitas in qua Rex  
residet longe melius quam urbes : quae in Regni finibus  
sunt gubernantur · si quidem illa per Regem cuius  
proprium bonum est : haec per ministros quorum bo-  
na non sunt : regantur . Vnde Deus Israhelitico  
populo praecepit : ut plures Reges facerent : qui non  
essent sibi ipsis subditi · nec aliam ob causam profe-  
cto : nisi ut Regna recte gubernaret . Sed quid in tan-  
to tamquam graui quaestio sit differendum nec certum nec  
exploratum habeo : illud tamen Aristotelis constat :  
quod octauo Politicorum traditum cum inquit . Si aliquis  
uir ut Deus : aut ut Heros reperiri posset : qui sua uir-  
tute : ac prudentia eodem modo regiones remotas uelu-  
ti proximas gubernaret : hunc esse uniuersi mundi Re-  
gem optima ratione probamus : Verum cum regiones  
mundi legibus : moribus : Idiomate : ac uita maxime  
distent : homo uero nullus : aut si quis est : per raro re-  
periri possit : qui sit ut Deus : vel Heros : quicquam tan-  
ta uirtute : ac prudentia polleat : ut regiones tam pro-  
cul distantes gubernare possit : ueluti proximas : sit  
ut pro locorum : ac regionum numero : atque ratione  
Reges creati fuerint . Quare si unus Rex esset qui  
ueluti Deus : aut Heros mundum gubernaret : sine  
molestia omnes uiueremus . sed quoniam ita natura  
tradidit : ut nec unus Rex ut Deus : uel ut Heros  
mundum gubernet : nec sine regum pluralitate ui-  
uere possimus : necessitatibus potius quam comoditati con-  
sultum est .

¶ Quod

¶ Quod simpliciter melius sit Regia potestatem esse  
plurium optimorum q̄ unius. Cap. VIII.

**T**RVM Huiusmodi Regia potestas uni  
uiro cōmittenda sit: q̄ pluribus: magna quę  
stio est. Nam ita de Rege: sicut de Iudice  
sentiendum est: At nunc plures simul de cau  
sis cognoscunt: deliberant: atq; iudicant. Deinde iudi  
cia quę Rex in Regno affert: de singularibus sunt quę  
cognitu difficultia sunt: vnuis autem solus nequaq; hæc  
attingere potest. Quinimmo etiam ciuitas ex multitu  
dine constat: ut conuiuum ad quod plures conferunt.  
quare ut in conuiuio meliores sunt plures: q̄ una sim  
plex mensa: sic in Regno iudicia multorum s̄epe me  
liora sunt: q̄ unius. Præterea multitudo minus subia  
cet labi: queadmodū aquæ magna congeries: sic etiam  
plures q̄ pauci minus corruptibiles sunt. Insuper ani  
mi perturbatio viagis unum: q̄ plures uincit. difficultius  
enim est plures q̄ unum irasci. Amplius plures errare  
difficilius est: nisi in quibus lex deerit. Demum si ciuita  
tem ab uno uiro regi melius sit: non alia de causa hoc  
esse uidetur: nisi quia plures inter se factionibus con  
tendunt: unus autem non contendit. At si qui regunt  
boni uiri sint: atq; studiosi: omnes sine cōtentione pro  
curabunt: quod ille unus. Declarant autem nobis hoc  
M. Aemilius lepidus: & fulvius flaccus: nam cum in  
ter se graui odio diu conflictati essent: a populo censore  
res facti mox amici fuerunt: se minime posse publica  
bona agere cum odiis arbitrantes. Recte igitur Ari  
stoteles: Socrates: & Plato dixerunt simpliciter me  
M

lius esse Regnum a pluribus optimis q̄ ab uno Rege gubernari.

## VNITATEM REGIS INTRODV.

Etam fuisse: quia plures viros bonos reperiri difficile erat. Cap. IX.



VIA Vero plures similiter viros bonos reperiri per difficile erat: hanc ob rem forsitan Rex ab initio repertus est: præsertim cum tunc Ciuitates paruæ forent: in quibus difficile erat viros plures excellenti uirtute pares esse Verum cum postea auctis urbibus: gentibusq; multiplicatis contingenteret: ut plures pari uirtute resperirentur: non amplius Regem tolerarunt sed commune quiddam quærentes: Rempub. constituere: in qua plures optimi præcessent: patet igitur uerissime Regnum melius a pluribus uiris bonis: q̄ ab uno: pro tempore uero: melius ab uno optimo gubernari.

## QVOMODO PER SVCCESSIO.

nem: & quomodo per electionem melius sit Regem esse. Cap. X.

IN Autem quis ponat optimum esse Ciuitatibus a Rege gubernari: quomodo fiet: & in filiis. Vtrum per genus erit successio: aut per electionem: Non enim per genus: cum mali & perniciosi interdum succedant: qui Regnum in Tyrannidem uerterent. Nec Rex aliis q̄

M

stis natis Regnum relinquere potest. Arduum enim  
est: hoc credere: naturale enim est patrem suos filios  
magis: q̄ alienos diligere. Mihi autem uidetur ratio-  
ne habita ad electionem: non autem ad eas perso-  
nas: quæ eligunt: melius esse Regem per electionē  
creare. Electio enim ea ratione: qua electio: semper  
est eius: qui melior: & studiosior: & utilior est: ra-  
tione uero habitaad personas: quæ eligunt: pro maio-  
ri parte deterius est: q̄ per successionem Regem face-  
re: personæ enim quæ eligunt: plerunq; dissentunt,  
amplius plerunq; malæ sunt: ut non nisi malum eli-  
gere possint. Insuper libentius subditi ei subiiciun-  
tur: cui subiici consueuerunt. Præterea perdurum  
uidetur: ut qui hodie alicui æqualis est: cras illi su-  
biiciatur. Demum omnibus quasi natura insitum  
est opinari: ex bonis parentibus non nasci nisi bonos:  
ut nobiles ex nobilibus: & ignobiles ex ignobilibus:  
ueluti nascitur ex bonis canibus: bonus canis: & ex  
bonis equis: bonus equus. Quare creditum est ex  
Regibus non nisi Reges generari. Propter hanc cau-  
sam Lacedæmoniorum Regum uxores publice ab  
Ephoris obseruabantur: ut qui nasceretur Rex: non  
ab alio latenter: q̄ heraclidarum genere oriretur.  
Persarum uero Regum uxores non alio q̄ metu cu-  
stodiebantur: ut nemo suspicari possit Regem ex  
alio: q̄ ex proprio genere ortum esse: putabant enim  
ex huiusmodi bonis Regibus: non nisi bonos Re-  
ges nasci.

**C**Quomodo viciſſim Reges creandi ſint: & quomo-  
do non . Cap. XI.

**V**ONIAM Contingit Reges interdū  
per electionem fieri: ut apud germanos Cæ-  
ſares; nō parua quæſtio eſt an viciſſim creā-  
diſint: uel ſemel in uita? Aristoteles omnium ſapien-  
tum magiſter ita quæſtione hanc diſſoluīt: ſi tantum  
inquit diſſerent Reges a ſubditis: quantum dīi: & he-  
roes ab hominibus diſſerre putantur: ut primo ſtatim  
corpo: deinde animo longe antecellerent: ac manife-  
ſte: & ſine controuerſia regum ſupereminentia appa-  
rere: clarū eſt q̄ ſemper eofdem iſtos melius foret im-  
perare: alios uero parere. Sed cum facile non ſit hoc re-  
perire: neq; po teſt (ut apud īdos Scylax eſſe ait)  
Rex tantum a populis diſſerre: manifestum eſt q̄ pro-  
pter multas cauſas neceſſarium eſt: ut omnes ſimiliter  
viciſſim imperandi & parendi pa ri cip es ſint, cum il-  
lis enim qui ab imperando excluderentur: cæteri con-  
currerent qui in regione ſunt ſtatū mutare cupientes.

**C**Quanta debet eſſe Regis po teſtas. Cap. XII.

**V**AESTIO Eſt etiam nunquid habe-  
re debeat qui regnaturus eſt circa ſe po ten-  
tiam quandam: qua poſſit compellere nō pa-  
rentes: & ſi enim habeat po teſtatem a legi bus conces-  
ſam: & nihil ex voluntate ſua faciat prater leges: ta-  
men neceſſaria erit potentia ſibi per quam leges tueri  
queat: Aristoteles ſapien tum magiſter quæſtione hāc

diluit: Ait enim de huiusmodi Rege qui omnia secundum legem facit quæstionem hanc non est difficile determinare, nam oportet ipsum vires habere; sed tales ut uno quoque separatim; & similibus pluribus poterior sit; populo tamen sit impotentior: nam si populo esset potentior: facile Regiam potestatem in Tyrannidem posset conuertere: populūque cōprimere. Vnde antiqui cū aliquem præficiebant: quē Esymnetem uocabant: uel Tyrannum: custodias dabāt populo impotentiores: ut Dionyso sic postulante circa se habere aliquos custodiæ causa: consuluit quidam Syracusanus tot esse dandos. De Tyranno autem qui cuncta ex libidine gerit etiam ueritas patet: non enim uidetur sua potentia limitata, nam (ut Aristoteles inquit) Tyrannica illa potestas plenissima: per quam Tyrannus omnia pro appetitu suo gubernat: uidetur quibusdam non esse secundum naturam: non enim naturale est: ut unus sit omnium mundi gentium dñs: at quod non est naturale: non habet terminū: Natura enim omnis in aliquo terminum finitur: id autem quod præter naturam est: in nullum finem desinit.

¶ Quod melius sit regnum ab optima lege: q[uod] ab optimo Rege gubernari. Cap. XIII.

**M**AGNA Inter Philosophos quæstio fuit: utrum expediat magis ab optimo homine regi: q[uod] ab optimis legibus gubernari. qui gubernationem hominis præferunt: aiunt eges solum omnibus: & uniuersis prouidere: non aut

singularibus institutas. Præterea ut in artibus non  
est semper bonum agere secundum artē scriptam; sunt  
enīm nonnulla scripta per quæ si artifices semper age-  
rent; magis obessent; q̄ prodeßent; ueluti in arte me-  
dendi: non enim medicus ea solum spectat; quæ in ar-  
te scripta sunt: relinquuntur enim (ut Galenus in-  
quit) plurima medici prudentiæ: ueluti apud ægy-  
ptios legibus sancitum erat; medicis post tertiam diem  
licere mouere; ante uero tertium: non nisi periculo  
sui: modo constat hanc legem in omnibus non esse  
seruandam. Monet enim Hippocrates circa initia: si  
uidetur aliquid esse mouendum: ut moueas: in statu  
uero silentiū habere melius est. Patet ergo ppter eadē  
cām nō esse per scriptas leges optimā gubernatiōem.  
Qui gubernationē legū præferūt: aiunt hominibus  
turbationes: atq̄ affectus in esse: leges uero turbatio-  
nibus: affectibusq; carere: cum homo sit mens sensi-  
bus coniuncta lex autem sensu: atq; appetitu mens li-  
bera. Vnde Aristoteles quæstionem hanc diluens in-  
quit. Qui gubernationibus legem præesse iubent:  
unum iubere Deum præesse: nam mens sine appetitu  
Deus est. Qui autem hominem iubet præesse: adiun-  
git & bestiam sœuam: homo enim mens est cum appe-  
titu. Appetitus autem: sœu a bestia est. Nos uero pu-  
tamus Regnum longe melius ab optimo uiro Regi:  
q; ab optimis legibus. Modo uir ille optimus: pruden-  
tissimus: sapientissimus: iustissimus: fortissimus:  
minimeq; corruptibilis sit. Hic enim agere posset q;  
quid lex præcipit. Nam qui sapientissimus: ac pruden-  
tissimus est: non solum uniuersa: sed singula iudicat.

hic quia iustissimus : & maxime sincerus : mens es-  
set sine perturbatione : ac affectu : huiusmodi fuerunt  
Reges : qui in aureo sāculo regnarunt : qui ob uirtu-  
tes . Heroes dicebantur . Temporibus autem nostris  
sunt : qui religione : & uita sanctissimi habentur : ue-  
rum cum tales reperiri difficultimum : maximeq; ra-  
rum sit . Aristoteles sapientum magister : recte tradi-  
dit ab optimis legibus Regna melius gubernari . Nā  
uir bonus ; & si optimus sit: corrumptamen poteſt.

**O**mnia dominationū optimatum potentiam : &  
Regnum longissime durare . Cap . XIII I .

**P**OST Hæc de Regni perdurazione diffe-  
rendum . Nam etiam Regna legimus fini-  
ta esse . Quare ut omnium gubernatio-  
num breuissime durare solent paucorum  
potentia : & Tyrannis : sic & omnium : longissime:op-  
timatum potentia : & Regnum . Primo quidem : quia  
potestates huiusmodi naturales sunt & uoluntariæ .  
Nām qui præſunt : & uolentibus : & peioribus se præ-  
ſunt : naturale enim quippiam uidetur præſſe uolen-  
tibus : & deterioribus præponi uniuersi enim natura-  
lis ordo hic est : ut melius deteriora gubernet : qua  
quoq; lege . Deus qui cunctis melior est: cuncta regit:  
atq; gubernat . Accedit ad id quod secundum natu-  
ram est : q; Rex a bonis uiris semper expetatur : ac co-  
seruetur . Est enim Regnum spontanea gubernatio:  
quædam: in qua : qui præſt: cunctis uirtute : & ex-  
cellentia præſtat . Quinimmo etiam Rex secundum

Dei uoluntatem gubernat: vnde Homerus a Ioue ait  
dono Regibus Iustitiam esse datam: ut per ipsam Re-  
gnum gubernent. Non potest autem facile dirimi: qui  
Deum habet sautorem. Theopompus uero interroga-  
ti: quo nam modo quis Regnum securissime tueretur:  
si amicis respondit libertatem iusta loquendi concesse-  
rit; & subditos qui iniuria afficiuntur: pro uiribus  
non neglexerit.

**Causæ quibus Regna corrumpuntur. Cap. XV.**

**E**D Ex quibus causis Regnum corrūpa-  
tur: Aristoteles Philosophorū antistes in-  
quit. Regnum autē ab his quæ extra sunt:  
minime corrūpitur: quapropter diurnius  
est: Ex se aut̄ ipso (ut plurimum) euerti cōtingit. Nā  
uno modo corrumpitur: si seditio oriatur inter eos qui  
succedunt: ueluti in Alexandri Regno inter successo-  
res euenit. Alio uero: si Tyrannice gubernare pergat  
uolentes esse præter leges plurimum se Tyrannos. ut  
in Lacedæmoniorū: atq; Molossoř Regnis cōtigit:  
hæc enim tam diu durauerunt: q̄ diu Reges secundū  
leges gubernarunt: cum uero Regiam potestatem in  
Tyrannidem mutauerunt dītuta fuerunt. Præterea  
in Regnis illis in quibus per genus succeditur: ultra  
has quas diximus cās est & tertia. q; plerūq; cōtēnendī  
homines succedant in Regnum: ueluti successoribus  
Francisci Sfortiæ Mediolanensium Principis accidit.  
Est insuper & quarta. cum Rex nō tantam potentiam  
habuerit: ut sufficiat males punire: poterit enim a ma-  
lis:

lis quos punire non potest & rex interimi : & regnum  
occupari . quem inmodum Respu . Romanorum pro-  
pter Spartacū in magno periculo fuit .

QVOMODO REGNUM VINCI-  
tur ; & quibus remediis defenditur . Cap . xyi .

**A**RISTOTELES Sapientum Magis-  
ter Regnum ab his : quæ extra sunt : mini-  
me corrumpi tradidit : quod mihi perdurū  
uidetur : cum nec Regna : nec dominationes  
perpetuae sint . nam ut Tyrānis uno modo corrumpi-  
tur : ueluti unaquæq; Rerump . propter similitudinem  
ab exteriori causa : cum prudentior : & robustior sit:  
sic Regnum propter contrarietatem ab exteriori Ty-  
ranno : cum uersutior : atq; potentior fuerit . forsitan  
quæ Aristoteles dicit non ab ratione dicta sunt : nam  
cum Regnum ab externo Tyranno occupatur ; non  
uincitur : cum non amplius Regnum : sed Tyrannis  
sit : non enim uolentium : sed nolentium est . Seruatur  
autem ab externis hostibus his rationibus : qnibus ty-  
rannis ipsa seruatur : fortitudine uidelicet : & pruden-  
tia : Sed quoniam de his diligenter priori Libro dixi-  
mus : nec plura addere uisum nobis est : illud tantum  
nobis satis sit : Regnum unici non posse : nam si id:qd'  
regnum est uinceretur : non amplius regnum : sed Ty-  
rannis erit . Amplius Rex si ab externo Tyranno abii-  
ciatur : mox expectatus : atq; accersitus per facile re-  
gnum : quod amiserat : recuperare consuevit : Et qui-  
dem a subditis maiore beniuolentia exceptus : q; prius

N

habebatur. huic rei nobis exemplo est Ferdinandus se  
cundus Iunior: quem a Neapolitano regno Galli fu-  
garunt. Hic enim paucis admodum copiis: & qui-  
dem inermibus: solo populorum acclamatu: adiuncta  
quoq; beniuolentia facile regnum recuperauit.

QVIBVS MODIS REGES QVI IN  
Regnum succedunt ab internis Regni corruptionis  
causis sua Regna tueantur. Cap. xvii.

**N**EC Nobis difficile erit modos afferre: qui  
bus Reges: qui in regnum succedunt: ab  
internis corruptionis causis illud tueri pos-  
sint. sunt enim tres: ut diximus internæ cau-  
sa: quibus Regna corrumpuntur. Prima quidem si  
regiam priorum Regum potestatem in Tyrannidem  
verterint. Deinde si qui succedunt contemnendi sint.  
Demum si priorum Regum potentiam usq; adeo im-  
minuerint: ut malos compellere non possint. Delet  
ergo Aristoteles primam: ut caueant regiam paren-  
tum potestatem in Tyrannidem uertere: Immo si no  
uerint aliqua Tyrannica priorum regum in Regno in  
ducta esse: ea aut omnino amoueant; aut subditorum  
uoluntate ad mediocritatem reducant. Est autem no  
bis exemplo Theopompus: qui Tyrannica quædam  
priorum regum ad mediocritatem reducens Regnū  
tempore auxit. Cum autem (ut superius diximus)  
hoc est: sit q; Reges uolentibus imperitent; uolunt au

tem semper Regem subditi : si regiam potestatem in  
Tyrannidem non uerterit . Secunda uero causa demis-  
tur : ut Socrates: & Plato dixerunt : Si qui succedunt  
per optimam educationem egregii: atq; non contem-  
nendi fiant: ut religiosissimi: adhac & temperatissimi:  
Demum & fortissimi . Illud ergo animaduertant Re-  
ges: qui suos filios sibi succedere cupiunt: ut eos ab op-  
timis ne dum doctis paedagogis institui procurent.  
Nam licet uerisimile sit (ut diximus) probum ex pro-  
bis esse : fallit tamen nonnunq: nisi qui nascuntur filii  
optime educantur . ut enim herbæ: & stirpes bonaæ euad-  
ere non possunt : nisi bene ab agricolis excultæ fue-  
rint : Sic nec regum filii viri probi esse possunt : nisi  
ab optimis paedagogis optime educati fuerint . Non  
enim (ut Aristoteles inquit) ad uirtutem capessendam  
satis est genus : aut generis semen : sed necessarium  
est : ut is qui ex optimo semine oritur optime educa-  
tus sit : diuq; in uirtutibus assuescat . nam (ut Plato  
inquit) educatio non parum ad iumenti affert ad mo-  
rum probitatem . ad quod nobis argumento est Leonī  
des Alex. Paedagogus : qui cum non bene Alexandrū  
educaret : causa fuit ut in multa sclera Alex. prolaber-  
etur . Demum tertiam causam delent qui in regnum  
succedunt : si sui regni potentia non inminuerint: aut  
tributa scurris : meretricibus : istrionibus erogando :  
aut Ciuitates regias uendendo : aut aliis modis Re-  
gnum diuidendo: ueluti quidam Hispaniarum Rex fe-  
cit : qui cum omnia regia distribueret ab Hispanis  
uiarum Rex dictus est .

**P**OST Hæc Regia præcepta paucis uer-  
bis absoluamus imitantes Platonem: Theo-  
phrastum: Antistenem: Xenocratem: Dio-  
nem: & Aristotelem: qui abunde de his scri-  
psierunt: initio nobis sumpto ab his quæ erga se Rex  
seruare debet. ¶ Primum itaq; ingenii uires longe ma-  
gis: q; Athletæ corpus exerceat: nam tanto animi certa-  
men illud corporis excellit: quanto animus corpori præ-  
stat. ¶ Segnis nequaq; sit: sed in agendis: consultādisq;  
prudentia: & uigilantia cæteris præstet. ¶ Nihil curq;  
ac studii prætermittat: ut quanto opibus ac potentia:  
tato dignitate atq; uirtute cæteros antecellat. ¶ Is ma-  
xime studiis operam præbeat: quæ sibi & ornamento:  
& usui futura sint. ¶ Veritatem usq; adeo colat: ut fi-  
dei plus suo uerbo: q; ceterorum iureiurando præstetur.  
¶ Sibi ipsi non minus: q; subditis imperet. Nam id re-  
gium putat: si nulli uoluptati seruiet. ¶ Abiectis in re-  
bus nunq; lætitiam declaret: ut solo magnarum rerum  
studio affectus uideatur. ¶ Mores ita omni exparte  
componat: ut ipsum ueluti exemplar: speculūq; Cives  
sibi ipsis proponant. Nam quid indignius: q; priuatos  
homines honeste: ac moderate uiuere: Reges autem ip-  
pos turpiter: ac licentiose. Adde illud Platonis ex-  
ploratissimum: tales oportere esse subditos: quales  
fuerint Principes.

**F**ORVM Qui prudentia: ac fide præstite  
rint: sententiam plurimi faciat. ¶ Diuersarū  
rerū peritos cū poetas: tum hos quos vulgo  
Philosophos uocant sibi uendicet: ut hi disci  
pulū ipsum: illi auditorem habeant. ¶ Viris prudētia:  
atq; fide præstantibus liberiorem in se loquēdi potesta  
rē tribuat: ut si quando quicq; quod ignorat sibi delibe  
randū acciderit: habeat qui intrepide cōsilium afferat:  
¶ Viros qui prudentia: fide: atq; uirtute aliquos excellūt  
dignis honoribus honestet: adulatores uero affectos  
ignominia penitus abigat: ne plus malorum improbi  
tas: q̄ bonorum uirtus: & merita ab ipso capere uidean  
tur. ¶ Proborum uirorum: si uult a probis laudari: nō  
minus q̄ propriarum diuitiarum studiosus esse debet:  
aut saltē se studiosum ostendere enitatur.

¶ Regia præcepta erga amicos: atq; eos: quos se di  
gnos existimare debet. Cap. xx.

**A**MICOS Sibi comparet: non quicunq;  
uolent: sed quos suapte uirtute dignos ami  
citia sua putauerit. nec eos quorum familia  
ritas uoluptati tātum cessura sit: sed quorū  
ope res ac negotia publica gerere possit q̄ optime.  
¶ Prius scrutetur quali iū quos sibi amicos adsciuēt  
existimatione apud alios fuerint. nam tali ingenio esse  
iudicabit: quali fuerint illi quos familiaritate: ac amici  
tia coniunctos habebit. ¶ Eos sapientes non putet: qui

uel minímis de rebus accurate cōtendant : sed eos qui  
de maximis q̄ optime sentiant . ¶ Non fidem illis præ-  
beat : qui cum ipsi miseria : ac egestate laborent : aliis ta-  
men felicitatem non dubitant polliceri . ¶ Illis credat  
potius : qui modeste de se loquentes se ipsos & gratia :  
& utilitate hominibus comendant . ¶ Eos aspernetur  
qui aut secundis elati casibus : aut aduersis depresso  
nullam ferre fortunam sciunt . Admiretur autem eos  
qui nullo humanorum casuum turbine concusssi con-  
stantes : in motiq̄ omnem fortunam perferunt . ¶ Ma-  
xime iis animum adhibeat qui temporibus consilia sua  
accomodant : contra autem eos aspernetur qui nulla  
aut temporum : aut actionum habita ratione de uniuersi-  
tate confuse differunt . Non enim potest alios sapientes  
efficere qui sibi nullo usui fuerit . ¶ Virum mente : re-  
rum usu : ac cognitione ualentem cum nactus fuerit :  
hunc plurimi faciat : hunc colat : hūc q̄ carissimum si-  
bi astruat : speretq; regnum suum amplissimum fieri ;  
cum à tali uiro sapientissimum reddere possit .

¶ Regia præcepta erga ministros : ac magistratus .

Cap. xxii.

**N**I Q V V M Ducat deteriores meliori-  
bus : imperitiores sapiētioribus imperare : nā  
quo cæterorum imperitiam uehementius cō-  
tempserit : eo uirtutes suas ardentius patefa-  
ciet . ¶ Optimos ex omnibus : atq; sanctissimos geren-  
dis magistratibus præficiat : ne uulgus : popularisq; tur-  
ba præter fas : iuraq; publica male uexetur . Nam pul-

cherrima : ualidissimaq; sunt bene instituendæ Reipu-  
fundamēta. ¶ Eos subditis suis magistratus præferat.  
qui ut inquit Bion non ditiones sed Illustriores a pu-  
blicis administrationibus decidere solent. ¶ Iudices iu-  
re iurando ex lege præstito alliget: ne quid iniuste : etiā  
si Rex ipse imperaret : iudicent. ¶ Iudices qui præter  
leges iudicant accerrime puniat : qui uero omnia secū-  
dum leges faciunt; honoribus; & diuitiis honestet.

¶ Regia præcepta erga leges; atq; iudicia. Cap. xxii.

**S**TUDIUM. Quoad poterit optimas ex  
cogitare leges: & suę genti: ciuitati ue cōmo-  
dissimas : & si quid in legib; ipsiſ parum  
utile videbitur : continuo emendet: aut om-  
nino amoueat. ¶ Si per se id consequi non possit: eas  
quæ in aliis ciuitatibus recte institutæ erunt imitetur.  
¶ Leges ciuib; ponat: quæ iuste: & inter se consenta-  
neæ sint: & bonis Ciuitatum morib; accommodataæ.  
¶ Has in primis leges exquirat: quæ non modo nullas  
discordias nutriant: uerum etiam lites omnes: ac con-  
trouersias ( si quæ euenerint ) funditus tollant. ¶ Cū  
inter Ciues iudicaturus est: non amicitia alia ue res-  
ulla plus apud eum: q̄ ius: aut æquitas ualeat. ¶ Res  
similes dissimilib; iudiciis non iudicet: nam sicuti  
bonas leges decret immobiles esse: ita Regem in iute-  
dicendo constantem: omnibusq; æquabilem. ¶ Ani-  
maduersiones si permuttere uoluerit non in bonum pro-  
prium: sed in pauperum cōmodum; subsidiumq; con-  
uertat.

**V**PERIORVM Se exhibeat æmulū  
ac cōcertatorem; inferiorum uero Iudicem.  
**C**ertet non de omni re cuu æmulo; sed de  
iis tātū quę uiuēti utilitati: & honorī cedūt.  
**A**emuletur non tam eos: qui ampla nacti sunt impe-  
ria: q̄ uel parua iuste: moderate: fortiterq; gubernāt;  
nam non qui terrarum orbē in suam potestatem rede-  
gerit periculis; metuq; agitatus possidēs: felix; sed qui  
præsenti fortuna contentus: ea q̄ rectissime utitur.

**N** Verbosus: aut uaniloquus sit: præsertim  
cū Illustribus. **M**ulta uerba cum audierit:  
pauciora respōdeat. Regiū enim est (ut iugē  
Anaxagoras) pauca dicere; longe plura audi-  
re: atq; maiora facere. Si quid illi serio dicēdū: faciendū  
ue sit: accurate prius illud pensitet; nec minus uerbis:  
q̄ actionibus modestiam coniungat. **I**n declaranda  
modestia carere: q̄ abūdere malit: Nam plus solet ea uir-  
tus in egestate q̄ in copia opulentiaq; splendere. **V**r-  
banum & grauem pro loci & temporis oportunitate  
se ipsum exprimat: & sic utraq; amplectatur: ut id: qd'  
in utroq; īnerit uiti i: penitus euītet. nam alter⁹ regiū:  
alterū familiarī consuetudinī accommodatū: & in utroq;  
excellere difficillimum: quos enim natura graues. effin-  
xit: hi a salibus: atq; facetiis in tristem quandam frigi-  
dāq; recedunt seueritatem. **A**ssuelcat insuper nihil  
ineptum;

ineptum; nihil non decorum; nihil non regium dicere;  
ne turpia loqui assuetus eadem & animo sapere videa-  
tur. ¶ Quaecumque sibi cogitanti ratio optima demonstra  
ueritatem ad eam ut a se fiant operari det. ¶ Ea dicat; faciat ut  
quae suis liberis ut facerent consuleret. ¶ Veritas &  
actionibus; & uerbis; ut sapor eduliis; semper addatur.

## REGIA PRAECEPTA ERGA AR- tes opificia Philosophiam; & historiam Cap. xxv.

**A**RTES Quocumque opificia constituantur que  
utilia sint; quae uero uana: & in utilia ueterem  
impositis poenam: ut haec fugiendo ad illa se  
conuertant libenter. ¶ Philosophia omnium  
bonarum artium Princeps Regem omnium rerum; quas sci-  
re par; & usus est: doctum: peritumque efficiat: haec enim iter  
rationeque demonstrat: usus uero: & exercitatio ad res  
grades facilitatem: proptitudinemque suppeditat. ¶ Quae  
Tyrannis: Regibus: priuatisque hominibus euenerit: ea septius  
mente reuoluat: nam prudentius de rebus futuris con-  
sulet: si quae præterita cognouit: animo repetat.

## Regia præcepta erga religionem. Cap. xxvi.

**A**Hæc in re diuina suorum maiorum ritus:  
religionemque imitetur. ¶ Hoc prius intelligat  
uictimarum: sacrorumque omnium illud esse op-  
timum atque efficacissimum: si se sanctissimum  
iustissimumque præstet. ¶ Humana omnia cum guber-  
nauerit ad diuina dirigat: nam haec terrena illorum gra-

O

cia sunt. ¶ Quæcūq; aut dixerit: aut fæcerit religione  
accedant. Nam tria sunt quæ celebrem príncipem fa-  
ciunt: pietas erga deos: proborum uirorum obseruan-  
tia: gloriæ: atq; honoris cupiditas.

REGIA PRAECEPTA ERGA AS-  
SENTATORES: ADULATORES: AC FAMILIARES. Cap. xxvii.

**P**RAETEREA Repudiet summopere  
eos qui quodcūq; dixerit: fæcerit ue laudant  
continuo: & assentando extollunt: Ametq;  
potius: & per humane illos audiat qui eum  
cum errauerit & monere: & corrigerem ausint. nam iis  
quos fortuna altius euexit: nulla pernitosior adulato-  
re pestis adhibetur. ¶ Si quempiam comperiat in alios  
falsas calūrias machinatum eundem quasi facinus ad-  
misisset: poena mulctet. ¶ Neminem sibi sotium: aut  
familiarem temere: inconsulte ue diligat: sed eorum cō-  
suetudine delectet: q; & usui sint pariter: & ornatēto.

¶ Regia præcepta erga munera. Cap. xxviii.

**D**EINCEPS Pluris eos faciat qui petitu-  
lri aliquid: q; qui ad eum uenerint quicq; dona  
turi. Nam cum illos honoribus honestabit:  
ut illorum beniuolentiam: ita maximā apud  
cæteros laudē consequetur. Darius quoq; Xerxis pater  
dictabat: regalius eē dare: q; accipere. ¶ Ea munera pe-  
nitus aspernet: quæ sibi pluris cōstāt a donatibus acci-  
pienti: q; si eadem a mercatoribus precio sibi cōpararet.

**E**a maxime expectet: pendatq; maximí: quibus quo utatur crebrius: nec ullo intermisserit tempore: eo & mi nus trita: & longe sibi cōmodiora: preciosiora q; reddentur. & hæc sibi quidem q; sola uirtus: & philosophia do nare possit existimet. **E**is qui munera afferunt: per quæ perehñis gloria: atq; honestus honor uendicatur: præmia diligenter cōstituat: nam nihil utilius emitur: q; quod præmio comparatur.

**R**EGIA PRAECEPTA ERGA SVB  
ditos, ciues: atq; peregrinos. **C**ap. xxix.

**A**D hæc Ciuitatē suā ceu paternam domum gubernet: ut in apparatu splendor emineat: & in sumptibus diligentia. **S**uam ciuitatē aut gentem & amore: & pietate complecta tur: & humanum cunctis se se: beniuolūq; præstet, non enim recte quis imperabit: qui eorum nō afficietur voluptate: quibus est studium: operamq; præstiturus. **P**opularem turbam colat: nam & paucorum poten tia: & cæterę Ciuitatum formæ tunc diutissime perdu rarunt: cum popularem multitudinem benigne: atq; humane coluerunt. **B**eniuolētiām populi sibi cōflet neq; iniurias illis inferri patiēs: neq; illatas aspernatus. **C**auseat ne eum terribilem Ciues insontes metuant. Nam quali se ostenderit animo esse: tales erga se illos est redditurus. **N**e palā irascatur: nisi castigandi: aut monēdi gratia. **I**n primis Ciuitatē: quā uel maxime incolit: tutissimā seruet. **C**iuitates liberę: ac tutę pere grinis oībus pateat: cōstantesq; sint in pactis: cōuētisq;

seruandis. ¶ Peregrinos etiam humaniter excipiāt: attē  
tus audiat: liberaliter tractet: in omnibus facilē se eis:  
& benignū præbeat. ¶ Ea mente in vrbes minores sit:  
qua potentiores in se esse uelit.

## REGIA PRAECEPTA ERGA HO nores:ornatum:atq; laudes. Cap. xxx.

**A**D Hæc ueste: cæteroq; corporis cultu or-  
nato utatur: in reliqua autem uita mollio-  
res oēs delitias repellat: ut illi qui eum extrin-  
secus oculis intuentur: dignum iudicent principatu.  
Qui autem familiarius: secretiusq; diuersantur: ob sin-  
gularē animi uirtutem: atq; modestiā id ipsum quoq;  
de eo sentiant. ¶ In ornamentis sit parcus: in honestis  
uero actionibus profusus. ¶ Ii honores ipsum non effe-  
rant quos populus palā metu potius: q; iudicio affert.  
Sed ciues cum soli: liberiq; de eo cogitant: uirtutem mi-  
rentur potius: q; fortunam. ¶ Statuas huiusmodi relin-  
quat quæ suarum potius uirtutum: animiq; repræsen-  
tent imaginem: q; posteris liniamenta exprimant cor-  
poris. Indignum enim est priuatos q; plurimos mor-  
tē spōte oppetiisse: ut vita functi immortali laude præ-  
dicarentur: Reges autem iis studiis nullam operā da-  
re: quibus uiui nomen suū longe: lateq; celebratum ya-  
leant illustrare. ¶ Magnificentiam non in iis sumptu-  
bus declareret: quę statim nullo ex se dimisso fructu euā  
nescūt. ¶ Sicuti animū natura non vna cū corpore in-  
teritur ei tradidit: Ita enītatur pro uiribus ut immor-  
talem: perpetuāq; sui memoriā posteritatī cōmendet.

REGIA PRAECEPTA ERGA BEL  
lum: pacem: atq; custodiam.

Cap. xxxi.

**P**O ST Hæc tutissimam sui corporis custodiā arbitretur: ubi non muro: sed amicorū uirtute: non armatis: sed ciuium beniuolētia: non satellitibus: sed proprio ingenio: propriaq; uirtute fuerit circumſæptus: nam hæc sunt quibus potis simum acquiruntur regna: & acquisita seruantur. ¶ In bello gerendo non minus in rei militaris confidat scien-  
tia: q; in apparatu militum. ¶ Nihil alienum appetat.  
Sic enim pax recte seruabitur. ¶ Certet non de omni  
re: sed de iis tantum: quæ uiuentī utilitatī cedunt.

PRAECEPTA ERGA LEGATOS  
vrbium: quæ regni sui sunt.

Cap. xxxii.

**V**RBIUM Legatis mansuetum: ac facile  
se præbeat. ¶ Mandata referentes eo uultu  
audiat: ut fiduciam eis ad dicendum det.  
¶ Cum dimittentur: ita eos dimitat: ut qui  
honesta: & iusta facile ab eo impetrari posse intelli-  
gant. ¶ Quæ aut minus honesta: aut non satis equa  
petierint: ea non semper: nec palam aut tristiore vul-  
tu: aut grauioribus uerbis deneget. Nam (ut Titus di-  
citabat) neminem a uultu: sermoneq; principis disce-  
dere oportet tristem: est enim pars beneficii scire belle  
negare. ¶ Ne promittat: nisi quibus longe maiora  
eis obseruaturus sit.

**M**NIVM Primum studere oportet: ut ab iis potissimum ametur: quibus corporis: ac rerum familiarium curam permiserit: Qd' faciens viuet securior: & amor iste cum inter familiares altius egerit radices: latius postea euagatus non modo inter populares: subiectosque: sed externos quoque diffundetur. **A**d conseruandum: & magis in dies augendum familiarium: & eorum quos intimos habet amore: illud maxime ualeat: ut amari se a rege intelligent. uetus enim sententia est: qui uult amari amet. **D**omesticorum animos fidos faciet liberalitas gratitudini concincta: quae in principiis modum non potest excedere: quam nec semper: nec cum omnibus eadem sit lex tenenda. **A**lienum regibus est: ipsorumque seturitatibus minus conducens: quod cum ipsis praebere se ceteris debeat humilitatis exemplum: domesticis difficiles: & superbos prestat. inhumanitas enim mater est odii: ut superbia crudelitatis. Hactenus de regiis preceptis. Si enim omnia pse qui uelim: uereor ne modum excedat praeceptio. Ad hec non pauca sunt: quae ut hic probatur: sic alibi improbata sunt. Mutatur enim multa pro locis: rebus: temporibus: quorum quidem natura ipsa erit optima magistra: & ipsa tum regum: tum temporum: atque ingeniorum obseruatio: ex qua ars constat. Et de Rege hactenus.

**FINIS.**

**I**mpressum Neapolij per M. Euangelistam Papieñ: Anno Dñi. M.D. XXVI. Die. xxiiii. Mensis Ianuarii: Regnante Felicissimo Carolo de Austria Impe: semper Augusto.



UVA. BHSC. SC.12615\_2